BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
31 I
26

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12
19
e

Digitized by Google

Digitized by Google

MORBORVM OMNIVM

QVI CORPVS HVMANVM AFFLIGVNT, vt decet, & ex arte curandorum, accurata, & pleniſſima METHODVS:

AVCTORE

DEMETRIO CANEVARIO PHILOSOPHO, ET MEDICO PATRITIO GENVENSI.

In qua, omnia quæ continentur, & quò ordine pertractantur, ex partitione, & Indice mox ſequenti fient conſpicua.



Venetijs, Apud Io. Baptiſtam Pulcianum. MDCV.
De cenſenſu Superiorum, & cum Priuilegijs.

EORVM OMNIVM quæ hoc opere habentur vniuerſa partitio.

OPVS enim hoc tribus diuiſum partibus eſt, in quarum prima, omnium præternaturaliũ affectuum agnoſcendorum ratio explicatur. In ſecunda, quatenus de futuro illorum exitu ſtatuendum fuerit, demonſtratur. In tertia verò, qua nam arte, ac methodo vnicuiq; illorum generatim ſit occurrendum indicatur.

Bib. Jac. Soc. coll. Rom.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM QVÆ quaq; Parte continentur.

Operis totius Præfatio. fol. 1

PARTIS PRIMÆ.

Quid morbus ſit, quid ſimptoma, & quot ſint morborum, atque ſimptomatum genera, differentiæque. Cap. I. 9

Quæ & quot ſint cauſæ vnde morbi, ſimptomataq; ducunt originem. Cap. II. 20

Quibus notis, ac ſignis, & qua demum ratione, ex his, tum morbi ſpecies, tum eiuſdem cauſæ, tum denique ſedes affecta dignoſcatur. Cap. III. 36

Digitized by Google

PARTIS SECVNDÆ.

Quid in morbis præſagiendum ſit, & ex quibus, ac qua ratione, & quando id opportunè facien dum. Cap. I. 58

De natura imprimis agitur, quæriturq; quid ſit, & vnde illi robur, demum autem quatenus idem ex cauſis innoteſcat. Cap. II. 73

Quatenus præterea eiuſdem naturæ robur, ex proprijs aliquot operibus, & effectis, colligatur. Cap. III. 88

Ex alijs adhuc ipſius naturæ operibus, quomodo robur virium pateat, explicatur. Cap. IIII. 101

Alia rurſum examinantur naturæ opera, ex quibus robur clareſcit magis. Cap. V. 115

Vrinæ excrementum, ad naturæ noſcendum robur, ſeorſim expenditur. Cap. VI. 123

Alia præterea examinantur naturæ opera, vt robur, quod quæritur, dignoſcatur. Cap. VII. 136

Reliqua

Reliqua naturæ opera examinantur, quibus tandem robur exprimatur. Cap. VIII. 148

Quantum, in expugnando morbo, ars operanti naturæ ſecunda futura ſit, deinceps examinatur. Cap. IX. 156

Morborum, ſimptomatumq; magnitudo, atque ſeuities, quanta ſit, demonſtratur. Cap. X. 163

Digitized by Google

PARTIS TERTIÆ.

Qui ſcopi curanti Medico ante oculos habendi ſint, qualibusq; vniuerſimi operibus, & inſtrumentis, ſatisfaciendum illis ſit. Cap. I. 174

Qua dein quantitate & opportunitate, tum opera, tum inſtrumenta adminiſtranda ſint, generatim explicatur. Cap. II. 182

Speciatim magis qua ratione ſcopis medicis inter curandum ſatisfiat, & ſaluti virium imprimis per inſtaurationem, examinatur. Cap. III. 193

Qua poſtmodum ratione earumdem virium ſaluti, citra inſtaurationem, vel puta fotu, opem feramus, inquiritur. Cap. IIII. 204

Deſtructioni eorum omnium quæ præternaturam inſunt, & potiſſimum cauſæ, qua ratione ſit incumbendum, & primum per alterationem, demonſtratur. Cap. V. 216

Dein qua arte præternaturalium affectuum cauſa, quæ antecedens tamen eorum fuerit, per euacuationem depopuletur, & imprimis, qua ſpecie euacuationis id aggrediendum, explicatur. Cap. VI. 229

Præterea qua quantitate ; artificioſa eadem antecedentis cauſæ euacuatio ſit metienda, expenditur. Cap. VII. 245

De opportunitate nunc agitur, qua artificioſa quæuis cauſæ antecedentis euacuatio ex arte præſcribenda eſt. Cap. VIII. 259

Reſtat ſpontanea cauſæ antecedentis euacuatio ; in qua examinandum eſt, ne ea talis, tanta, ſtatoq; tempore adueniat. Cap. IX.

Artificioſa coniunctæ cauſæ demolitio explicatur, atqui primum, quatenus, ne vltro ex antecedenti creſcat, intercipiatur. Cap. X. 280

Quod cauſæ coniunctæ iam morbum facit, quibus' artis operibus, & inſtrumentis penitus diſſipetur, demonſtrandum eſt.
Cap. XI. 298

Atqui in omni opere, & inſtrumento, ad eandem coniunctam cauſam extirpandam ; iuſtam quantitatem deſiderari, probatur.
Cap. XII. 317

De opportunitate operum, rectoq; vſu inſtrumentorum, ad cauſam coniunctam ex arte funditus abolendam, diſſeritur. Cap. XIII. 327

Omni

Omni quidem ſublata cauſa, morbus deſinit; cum ſimptomatibus, interea tamen vigentibus his, qua arte illis obuiam ſit eundum, explicatur. Cap. XIIII. 343

F I N I S.

C O P I A.

Gli Eccellentiſsimi Signori Capi dell'Illuſtriſsimo Conſeglio di X. infraſcritti, hauuta fede dalli Signori Riformatori del Studio di Padoua, per relation delli dui à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitor, & del Circ. Secretario del Senato Zuane Marauegia, con giuramento, che nel libro intitolato Demetrij Caneuarij Philoſophi, Medici, patricij Genuenſis, ad humani corporis affectus præter naturam curandos methodus vniuerſa, &c. Non vi è coſa alcuna contra le leggi, & è degno di ſtampa, concedono licentia, che poſſa eſſer ſtampato in queſta Città.

Dat. die 10. Februarij 1604.

D. Lunardo Mocenigo.	*Capi dell'Illuſtriſs. Conſeglio di X.*
D. Iac. da Cà da Peſaro.	
D. Lorenzo Capello.	

Illuſtriſsimi Conſ. X. Secretarius
Leonardus Otthobonus.

1604. à 12. Febraro.
Regiſtrato nell'Officio contra la Biaſtemia à carte 118.

Gio. Franceſco Pinardo Secretario.

DEMETRII
CANEVARII
PHILOSOPHI, AC MEDICI,
Patricij Genuenſis,.

IN SVAM AFFECTVVM PRÆTER naturalium humani corporis curandorum, Methodum,

PRÆFATIO.

ADMIRABILIS hominis fabrica ſumma naturæ induſtria architectata, ſi quæ iampridem conſtructa eſt, eadem perpetuo integra tueretur, diuina vtiq; conditione inter animantia frueretur homo, fęliciſſimaq; ille vita viueret; Quia rebus tamen omnibus, quas mundus ambitu continet, vel ob varios externarum iniuriarum incurſus, ita palam viciſſitudo imminet, vt optimus cuiusq; ſtatus facile

peruertatur, & corruat; profectò eximia quamquam ſtructura, eaque verè miranda, confectus homo eſt, ab innumeris attamen ille rerum plurium procellis, & fluctibus, nuſquam tutus emergens, alterationi, corruptioni, & morti, præ cęteris obnoxius eſt. Seua equidem mercede contra tanta ſua munera, vt non ſit ſatis æſtimare natura ne parens eidem melior, an triſtior nouerca fuerit; Ille quandoquidem vt reliquis animantibus imperaret, ſummo quaſi naturæ conatu, productus, vel ſtatim ac natus, ab erumnis, ſupplicijsq; vitam auſpicatur, in eisq; ita deinceps viuit infęlix, vt cum animantium omnium genera philoſophus eſſet contemplatus, horumq; vitæ rationem & ſtatum inter ſe ſatis contuliſſet, in hanc tandem vocem merito męſtus eruperit; Omnium quæ in terris ſpirant, atque mouentur, nihil eſt calamitoſius homine; principatum haud ſanè fęlicem homini tribuens, quod in malis ferendis primas teneat, atque excellat, adeò quod ſingulari quamuis beneficio, illi, ad immortalium calamitatum incurſus interpellandos, præſidia pro viribus, immenſo labore, perquirere, conceſſum videatur: adhuc attamen quamplurimi non naſci optimum cenſuerint, aut quam ociſſimè aboleri. Talis ſanè eſt humanæ vitæ conditio, taleq; id tantopere celebratum hominis imperium, vt ni aliàs ingenio repertis auxilijs mulceretur, nil profectò calamitoſius vnquam; Artes hinc autem, ſcientiæq; du-

centes

centes exordia, ad beatiorem ei, tranquilliorem vè degendam vitam, ſalutares manus exporrigunt, vt harum ſcilicet adminiculo, minora ſemper omnia, melioraq; contingant. Aedificatoria namq; tecta, parietesq;, vt ab aquarũ procellis, & ventorũ tempeſtatibus ſeſe tueatur, ædificat. Sutoria veſtes, ob frigus, aut æſtum, elegantiſſimè ſuit; Agricultura autem, ad alimentorum propagationẽ, terras perpetuo colit, vt demum artes aliæ fructus iam ipſa terra partos ad nutritionẽ promptiſſimè parant; Sola quamuis Medicina aliarũ omnium ſaluberrima, vitam ei præ cæteris ſeruet, amiſſam ſanitatem recuperet, partam verò rectè cuſtodiat; Fructuoſum quocirca ſemper illarũ expetit vſum, neceſſitate, ardentiq; ſalutis deſiderio impulſus homo, vt perpetuo etſi externarum iniuriarũ incurſionibus laceſſitus, aptè ferè tamen ſuppetias vitæ cadenti hinc allaturus, diutius tandem illęſum, incolumemq; ſe ipſum tueatur, atque cõſeruet; Artis quamquã medicę opus hominibus ſingulari beneficio traditum, quo nihil ſanè præſtantius, nihilq; humanæ vitæ ſalubrius, vtiliusq; excogitari fas eſt, eidem magis, ac magis exoptandum, quod proculdubio hinc ſalutis propriæ vim imprimis accipiat; Aliarum quandoquidẽ artium, quod hominum ſaluti ſeruiant, ac famulentur, finis is equidem eſt, Medicina tamen excepta, earum nulla ſcopum hunc propius attingit; Hæc ſiquidem primum mira corporis humani ſtructura

 ſibi

ſibi iam cognita, curvè tali compage partes omnes diſponantur, ordine tanto, tantoque concentu in hoc vnum coniungantur, è ſacris naturæ arcanis, ratione, cauſaque deducta, quænam tandem vbique, ad diuinam corporis fabricam conſeruandam, iure conueniant, preſſius, diligentiuſque ſola definiens, vt reliquarum certè princeps, & architectonica, alijs tanquam adminiſtris vti conſueſcit, earumque perinde actiones ſic moderatur, vt quæ alioqui noxiæ, & pernitioſæ erant futuræ, eius beneficio, & commodo, fiant merito ſalutares. Idque porrò cum ita ſe habeat, homini profectò prudenter naturæ igniculis compatienti, labantiq; vitæ ſapienter opem ferenti, ars hæc medica, verè ſacrum Dei optimi munus, toto conatu, cæteris non neglectis, amplectenda, quinimmò cum hominibus vel imprimis neceſſaria cenſeatur, vt cuius vnius beneficio, humanum genus, morbis licet innumeris, ſeu agminibus quibuſdā, expoſitum, & morti denique ipſi duriſſimæ ſubditum, ſalubre tamen, firmumq; diu ſeruari, & quoad maximè licet, vitæ prorogatione, fęlix, ac beatum, præſtare queat, celebranda, excolendaq; eſt; Atque ita ea cum primum ad humani corporis ſanitatem conſeruandam, & profligandos morbos comparata videatur, ſanè quidem quo modo per illam optima noſtri conſtitutio integra, incolumiſque perſiſtat, habemus; at præterea vt per eandem quiſq, nonnaturalis affectus corporis eſſe

deſinat, vel per vnicum humanitatis noſtræ refugium, ſubſidium vè, appoſitè conſequimur. Verū enim verò etſi hominem iam pridem ſanum, illęſum apertè ſeruare, vel infeſtiſſimos illius hoſtes, morbos inquam, & aduerſam valetudinem intercipere; excelſum penè artis munus ęſtimetur, quod & imprimis proſequendum, obſeruandumque videatur; attamen labantem, & morboſis ęrumnis oppreſſam artis ingenijs valetudinem ſubleuare, illique opitulari, diuinum potius opus exiſtimandum, quod putà iam vitam abeuntem ſiſtere, & mortem morborum impetu, ac uiolentia, proximè aduenturam, artis præſidijs cohibere, Dei optimi maximi munus cenſeatur, & ſit; perindeq; nec ſe ſe dūtaxat admirabile monſtret, ſed adhuc plurimum deſiderabile videatur; ex quo certè non ęquo labore, ſimili ve ſtudio, vtrunque ars medica præſtet, atqui breuiori valetudinē ſeruet, longiori autem eandem ab ægritudine liberet; Vniuerſim quandoquidem ſolū quis ſe tueatur, atque defendat, cū ſuo iam cognito ſtatu, quid eius demum natura ferat, quibus delectetur, iuuetur, foueaturque, a quibus item contra infenſis, inimicisque lædatur, ac labefactetur; vt illa tandem proſequatur, hæc verò promptè euitet, diligenti quadam, eorum omnium, quæ ex conſueto ad vitam neceſſario requiruntur, obſeruatione, percipiat; quippe nec aliunde id tutius, commodiusvè, concipi poſſit, nec arte minus, vel expe-

ſtentia, conſequi ualeat; quamquam tamen conti-
nentia, quæ in omni uictu, atque cultu, præter-
miſſis uoluptatibus, pro vnuſcuiuſque ſtatu, uel
conditione, temperantia quædam, mediocritasq;
eſt, metienda ita omnia ſunt, ut ſi pro uoto, neceſ-
ſitatis noſtræ gratia, in ſingulis obſeruetur, uelimus,
nolimus, incolumes, atque longeui præſer-
uemur; Aliàs uerò uniuerſim quilibet priſtinę ſa-
nitati reſtituatur, cùm ſe ipſum quidē, propriumq;
habitum optimè nouerit, & unà item nouerit, quod
noxium, & utile ſibi cenſeatur; uerū adhuc mor-
bi naturam, & cauſas adamuſſim intellectu per-
ceperit, ac deinceps etiam illis opportuna remedia
deſignare commodè intellexerit, ut nec propterea
ſimplici nocentis, & adiuuantis, obſeruatione, ſa-
nitas amiſſa recuperetur, ſicluti certè hac unà præ-
ſentem ſanitatem conſeruare facilius eſt; Sed præ-
terea quoque plura arte metiri, & diligenti obſer-
uatione inuenta, prudenter adminiſtrare, neceſſe
ſit. Atque res cùm ita ſit, egoque diuinam hanc
artem, quam diu Romæ, auguſtiſſimis ſapientiſ-
ſimi Hieronymi Cardinalis de Ruuere auſpicijs,
nec perperam, nec inutiliter, grati tamen ſum la-
bore exercitus, ſalutari ſim conſilio, meæ ſaltem
commoditatis gratia, breui commentario, amplexurus,
illius ſanè non niſi curandorum morborū
partem aggredi operę pretiū iudicaui; altera quaſi
præcipuis quibuſdam præceptionibus ſolum cō-
prehenſa, quibus vnuſquiſq; ex longo rerum vſu,
ſingu-

ſingulariq́ue ſubmet obſeruatione præmiſſa, facile preſeruatur, hoc ipſo opere ex ſtudio prætermiſſa. Verum enim verò inter proſequendam eam, non quæ cognitione ſola plerique fingunt, & comminiſcuntur, ſed quæ vera, ac ſolida, firmiſſimis, ex diuturnis, ac certis ſapientum experimentis, eductis argumentis, comprobata, ad medendi vſum conducere iam intellexeram, diligenter excerpſi, eoque ordine, præcepta artis omnia, quæ ad hoc ſpectare videbantur, in vnum ita ordinem contuli, vt mox ad curandos morbos omnes aditus facile pateat. Et quoniã hæc artis medicæ pars, quæ curandis præternaturam affectibus tota incumbit, tum cognitionem conditionis eorũ, tum futuri eorundem exitus præcognitionem, tum demum curationem oſtendit, ac docet; Hinc meritò tres in partes opus vniuerſum partiendum eſſe decreui. In quarum prima, quid malum ſit, quot illius differentiæ, ac ſpecies, & ex quibus cauſis ortum duxerint, foueanturq́ue, ex certis ſignorum fontibus demonſtratur; In ſecunda verò, quomodo nam, uel ſalubris, uel lethalis, aut ab his alius, præſagiendus illius fuerit exitus, indicatur; Et tandem in tertia, quid ex arte agendum ſit, vt diſſipato morbo, uiolata ſanitas reſtituatur, breui quidem, ſed rationabili ordine, declaratur. Atque ita a communi morborum, affectuumvè humani corporis non natu-

talium natura iam cognita, ad rectam tandem eorundem curandorum præceptionem, facilis fiet aditus, & opus rationabili methodo architectatum, prudenti demum conſilio, abſoluetur.

DE

DE MORBORVM AFFECTVVMVE NONNATVRALIVM CORPORIS HVMANI agnoſcendorum ratione.

PARS PRIMA.

QVID MORBVS SIT, QVID SIMPTOMA, & quot ſint morborum, atq; ſimptomatum genera, differentiæque.

CAPVT PRIMVM.

IAM itaq; nos diuinæ artis Medicę partem iam tractaturi, qua corporis humani fabrica, varijs licet externarum iniuriarum incurſionibus, & morbis tandem innumeris, tanquam procellis, vndiq; labefactata, integrè tamen illa ab his, quoad fieri datū eſt, ita ſeruatur, vt propterea lōgius homo viuat; inde profectò exordium ſumere operæ pretiū eſt, ex quo omnes

quotquot

quotquot præter naturam inſligunt ur illi affectiones, & morbi omniquaq; perſpecti ſint, vt porrò ipſis præcognitis, quibus demum præſidijs ex arte occurrere neceſſarium ſit, commodè pateat. Quoniam verò ſingulorum nulla cõmunis ſcientia eſt, qua illorum vnumquodq; adamuſſim percipiatur; vt omnia attamen certa via, ac ratione tradantur, vniuerſim ſaltem, de ſummis generibus horum, hoc eſt communi ipſorum natura, ita nobis habendus ſermo eſt, vt facile deinceps, quid illorum ſpeciatim cenſendum fuerit, habeatur.

Eſt itaque morbus noſtri corporis affectio præter naturam, qua nobis indita conſtitutio, vt non aptè proprijs munijs incumbat, labefactatur. Cum etenim ipſi dum viuimus, vnà cum cæteris quæ natura donantur, materia ſubiecta conſtemus, atq; forma, ex quibus tanquam ex primis fabricæ noſtræ principijs, proprium eſſe conſequimur, forma autem anima ipſa ſit, cuius ſubiectum corpus eſt, multifariam ideo conſtructum, quod vt formarum omnium exemplo, quibus ſubiecti aptè diſpoſitum ſubeſſe maximè proprium eſt, in animæ noſtræ formarum præſtantiſſimæ corpus admiranda ſtructura confectum præſupponi, cum eoq; hominem vita penè diuina donatum, & excelſis operibus præditum, facere, proprijſſimum eſſe certum eſt. Cum inquam id veriſſimum ſit, interea tamen præternaturalibus affectionibus frequentiſſimis per vitam labefactemur, vtiq; anima

non afficitur, vt nec alia quęuis forma alterationibus eſt obnoxia, nec demum ipſa per ſe materia, ex qua conflatum illi ſubiectum corpus eſt, ea quia immutabilis ſemper eſt; ſed afficitur diſpoſitio, conſtitutiovè, quæ corpus animæ ſubeſt, eiusque fungendis munijs conſecratum eſt; Siquidem hęc illa ſolum ſit, quæ alterationem patiatur, atque eadem item ſit, per quam potiſſimum labefactamur, ęgrotamus nempe, cum aliàs ſani fuiſſemus. Nam quemadmodū ea noſtri corporis, partiumvè eius naturalis conſtitutio, qua iam nos ab ortu ſummo naturæ ſtudio conditi, abſque defectu viuimus, & operamur, ſanitas appellari conſueuit; quippe tunc integro, firmoq; corpore, ac omnibus, veluti ſtabili, inconcuſſaq; naturę lege, recte diſpoſitis, nihil lęſum, nihil impeditum, nihilq; infirmum videre eſt; Ita cōtra pręternaturalis eiuſdem conſtitutionis affectio, ad quam ferè iam rectum abeſt, & lęſum potius illud, impeditū, infirmumq; eſt, per illam quoniam tunc rectus corporis ſtatus euerſus, maculatusq; fit, morbus merito nuncupatur; Et quidem ſi ita affectio hæc à præſcripto naturę decedat, vt noſtris obeundis munijs vim aliquam inferat, palamque inſidietur; quoniam ſecus omnino cenſeatur, etiam ſi affectio preternaturalis appareat. Quando ſalutaris conſtitutio in indiuiſibili neutiquam ita conſiſtat, vt nullam ſui penitus latitudinem habere videatur; aliàs quandoquidem facilè nimis ęgrotare nos oportetet,

ter, cum externis quamplurimis, procatarcticiſq; de cauſis, perpetuo immutemur, & ab inſito ſtatu paſſim decedamus; immo inter uiuendum, ętate progrediente, innata ipſa conſtitutio, longo rerum vſu, & conſuetudine, ferè amittatur, nouaq; ſuccedat; Interim autem non ęgrotemus, etiam ſi pręter inſitam conditionem permutemur, ſed ſanos eſſe nos perpetuo cernimus, & confitemur. Quare niſi eo tandem proceſſerit exceſſus, vt iam homini conſpicuè moleſtus appareat, vel eius functiones euidenter offendat, nondum ille morbus dicendus eſt. Merito igitur morbus diffinitur, noſtri corporis affectio pręternaturam, qua nobis indita conſtitutio labefactatur, vt obeundis ideo munijs non ſatisfaciat.

Ceterum hęc illa nobis a natura inſita conſtitutio, qua citra noxam viuimus, & operamur, cuiuſque integritate ſolum quilibet ſe ſanum corpus habere animaduertit, vnum quidem eſſe videtur, ex quo, quaſi vna conditione, in vitæ gratiam, humanum donari corpus cenſeatur, nō verè tamen vnum, & illud ſimplex eſſe certi ſumus, ſed aggregatione tantummodo, atque conſenſu, ex quo nempe partium plurium, natura differentium, ad vnum, in vnumque, iuſto concentu coeuntium, complicatione tātummodo, corpus noſtrum conſiſtat. Ex partibus ſiquidem duorum generum neceſſariò humani corporis fabrica, propter vitam, ab origine componatur, ex Similaribus videlicet,

&

& Diſſimilaribus. Similares namque ſunt, ex quibus tanquam primis fabricę elementis, vniuerſalis hominis machina conſtat, velut carnes ipſe ſunt, oſſa, nerui, & reliquę his finitimę partes, quę in ſe totis ita ſimiles, vniusque rationis exiſtunt; vt in partes alterius naturę diuidi minimè poſſint, ſed quamcunq; cuiuſuis harum integrantem portionem aſſumas, hęc toti, & ratione, & natura communicet. Diſſimilares autem partes ſunt, quę ex ſimilaribus primo cõflatę, hominis demum ſtructuram, operibus animę inſeruientem, conficiunt, vt puta ſunt, cerebrum, hepar, cor, & reliqua plura animæ noſtrę munijs obeundis deſtinata inſtrumenta, quæ ex ſimilaribus conſtantia, conſequenter ita diuerſę naturę alias partes habet, vt ſi in has illę ſubdiuidantur, merito in partes variarum rationum diuidi planum ſit. Ex his itaque ſimilaribus, & diſſimilaribus partibus, cum ab origine corpus noſtrum fiat, ſanè ex ſuppoſito, conſtitutionem non unam omnibus, totiq; communem, confiteri dignum eſt, ſed ob uarietatem, ſingulis his propriam, determinatamque inditam eſſe, per quam tamen ipſę dirigantur in unum, cuius integritate ſanum ſe eſſe quilibet animaduertat, peruerſitate autem ęgrum; Adeo quod non carnis, nerui, aliarumvè ſingularum tantum ſimilarium partium conſtitutio ad ſanitatem deſideretur, ut inquam ſanus homo uiuat, uerum amplius cerebri, hepatis, & partium denique omnium permixtarum,

tarum, diſſimilarium nempe concentus, & iuſta diſpoſitio, neceſſaria ſit, vt uidelicet totum rectè ſe habeat, & operationes denique omnes illius integrę, illęſęque compareant. Et porrò id uerum cum ſit, licet multiplex generum morborum conſtituendorum ratio uideatur, precipua tamen, & ſumma, ex uarijs partium dictarum conſtitutionibus, colligenda eſt; Quandoquidem morbus earundem deprauatio cenſeatur; Quare ueluti partes noſtri corporis aliæ ſimilares, & diſſimilares aliæ ſunt, quarum peruerſa conſtitutio morbus dicitur; Contra uerò recta, proportionataque diſpoſitio, ſanitas eſt; Ita ſanè ſummum genus morbi duplex eſt, ſimilare unum, & alterum diſſimilare; Quandoquidem ſi ſimilares partes hæ, innatam conſtitutionem amittant, tunc unum morbi genus, nempe ſimilare adeſt, quod prætetea in alia ſubalterna genera diuidi conſueuit, ex modis preſertim quamplurimis, quibus pars unaqueque talis de optimo, & naturali ſtatu decedit; Vniuerſim autem a recto, & ſano ſtatu inſita ſimilaris partis cōſtitutio decidit, cum potiſſimum qualitatum primarum, frigidi inquam, calidi, humidi, & ſicci, innata proportio deſit; unde & aliarum quamplurium qualitatum determinata conditio pendet, ut raritatis, denſitatis, mollitiei, duritieive, & aliarum, ex quarum defectu, non minus ac ex illarum, morbus habet originem. Similium etenim qualitatum proportio hæc, qua a

nos

nos appoſitius temperamentum nuncupamus, ſimilaris ideo partis, bona, uel mala cenſenda conſtitutio eſt, quoniam cum determinata, & propria ſit materiæ illius ad formam diſpoſitio, per quam inquam, quaſi inſtrumento, ſuum ſimilare corpus ex forma conflatum, & materia, perfectam ſeruat exiſtentiam, ſuaque bene obit munia, ſanè meritò ut intra eam, conſiſtentia, ſanitas eſt, nempe tum eſſendi, tum operandi ratio optima, ita contra receſſus ab ea, morbus erit, partis uidelicet labefactatio, per quam neutiquam proprijs muneribus illa ſat eſt. Receſſus autem iſte iure duplex uideri debet; Aut ſanè per manifeſtum alterius uis ex primis ipſis ad temperamentum cõcurrentibus qualitatibus aliunde aduentantẽ exceſſum, defectumvè duntaxat, ut puta maioris, minorisvè caloris, ſeu frigoris; Aut per ipſiuſmet temperamenti totius, quatenus illud certum quoddam, determinatumq; qualitatum plurium (ſiue unius ſimilaris partis fuerit, ſiue plurium diſſimilariũ) refractarum dicit concentum, ab aliquo illi directè, adamuſſim, & inquantum tale eſt, aduerſo, aliunde obtingẽti, architectatam corruptionem. Quam ob rem ſimilarium morborum duplex genus eſt; Vnum puta manifeſtarum qualitatum, quod ſimplex intemperies nuncupabitur; Alterum uerò totius temperamenti, quod ueneficum, recto ſcilicet tramite diſpoſitioni uitam cõſeruanti aduerſum, appellabitur; Quamquam duo genera

nera hęc facile ſibi inuicem ex accidenti ſuccedat, ita ut ad excellentem manifeſtarum qualitatum intemperiem, ſequatur morbus a toto temperamento, & hunc ut plurimum aliud comittetur, ut docet experientia. Atqui ut prioris generis tot ſpecies eſſe cenſentur, quot ſunt qualitatum, temperamentum partis, conſtituentium, receſſus a recto: ita tot, tantęque ſunt ſecundi generis ſpecies, quot quantęque ſunt totius temperamenti antipathiæ, uel contrarietates. Sunt profectò primi generis ſpecies multę, ſunt & ſecundi generis non paucæ; ſed has in pręſenti, uniuerſim duntaxat de morbis tractaturus, particulatim recenſere deſiſtam. Cęterum dum inſtrumentalium, ex ſimilaribusque compactarum partium concentus, ut dictum eſt, perturbatur, diſſimilare iam pridem morbi genus fit, quoniam corporis etiam conſtitutio labefactetur, quæ nempe in partium diſſimilarium recta ſimetria collocatur, ex qua tum eſſe noſtrum, tum operari, ſecundum naturam pendet. Perturbatur uerò multifariam, ueluti cum propria, innataque conformatio, ſeu figura, ad proprium munus obeundum aptiſſima, quomodolibet deſinit, ruditate ſcilicet accedenti quadam, & informitate perfungendis muneribus minime apta, cum ad rectè agendum oporteat ut componentes partes iuſtè conformentur, & concinnitate figuræ ſibi conſentiant. Ad hęc diſſimilaris etiam affectus adeſt, ſi partes eedem aut

ſupra

ſupra conuenientem naturę modum increuerint, aut infra ſubſtiterint, & a debita magnitudine deceſſerint, quæ certa cuique indita eſt, extra cuius limites uitium oboritur. Amplius quoniam quę diſſimilares uocantur partes, ſimilarium partiũ, ex quibus conſtant, certum, diffinitumque numerum ſortiuntur, morbus propterea diſſimilaris accedit, cum componentium partium numerus, uel exuberat, uel deficit, ut quantus eſſe debeat, precisè tantus non ſit, ſed a proportione decedat, & tandem etiam ubi partes ſingulæ aptè inter ſe cohærentes, conſentientesque non fuerint, ut quoniam ſaltem perperam collocantur, uel ſolutione laborant, quod neutiquam pro uoto ſibi inuicem ſeruant, merito alterum diſſimilarium morborum genus ſit. Ita ut diſſimilare morbi genus ex componentium partium forma, magnitudine, numero, atque ſitu, ſuas pręcipuas differentias habere planum uideatur; quamuis ultro ex quo eędem partes omnes multifariam per has differentias a recto turbari aptę natę ſunt, omnino ideo alias plures inferiores obſeruari differentias certum ſit.

Verum enim uerò hæc iã enarrata morborum genera, ſpeciesvè, quamplura ſequuntur accidentia, ea quaſi ſola eſſe non poſſint, ſed multiplici potius horum accidentium comitatu undique neceſſario ſepta. Accidentia autem hęc, Simptomata Medicis nuncupantur, quaſi a morbis, cauſiſq;

eius immediatè, vel mediatè deriuantia, morborumque pręſentiam quomodolibet inſequentia. Eſt porrò Simptoma quidquid pręter naturā morbum, vel cauſam inſequitur, neque morbi rationem habet, quandoquidem licet plerunque morbi morbum comitentur, hi ideo tamen nullatenus ſimptomatis rationem habent, cum ad genus, ſpeciemvè morbi certam referantur; Sed ſimptomatici morbi potius, latiori quadam denominatione, appellandi ſunt: Quare quod ſolum pręter naturam in corpore reperitur, morbumque ſimilarem, vel diſſimilarem, ut propriam cauſam inſequitur, cum ſimilaris, vel diſſimilaris non ſit deprauata partium conſtitutio, quę verè morbus eſt, ſed deprauatam duntaxat conſtitutionem ipſam, & ex conſequenti morbum comitetur, vt vmbra corpus, propriè ſimptoma eſt; Et quamuis plerunque fiat, vt nec ſolū ſimptoma ex morbo, vt a cauſa, contingat, verum vt etiam ex ſimptomate morbus, tanquam ex legitima cauſa ſit, nullo modo tamen amborum, morbi ſcilicet, atque ſimptomatis, rationem confundere congruum eſt, ſed vtriſque ſua, quæ propria, peculiariſque eſt, condonanda ratio eſt. Eſt verò ſupremum ſimptomatum, ipſa actio læſa, quam poſtea ſequuntur innumera alia, quæ muluſariam præter naturam fieri apta nata ſunt. Etenim ex corrupta deprauataque partium tam ſimilarium, quàm diſſimilarium conſtitutione; non niſi perperam conſueta noſtri munia

exercentur,

exercentur, ſubinde verò licet multa mala contingant, ea tamen ab vno actionum vitio primũ proueniunt, ſuntque vel morbi, ſimptomatisvè ſigna, aut mauis cauſę, ſiue principia, niſi fortaſſe etiam morbi ſint, ſimptomatavè, ut iam fieri poſſe pręmiſſum eſt. Vitiata autem actio hæc, vt modis plurimis obſeruari conſueuit, ita plures ſub ſe continet ſimptomatum ſpecies; Vitiatur enim aut ablatè, aut potius diminutè, ſeu mauis auctè nimis, aut præterea etiam corruptè: quandoquidem lęſionis modus alius ab his non obſeruetur. Etenim primum euenit aboleri, quando deſinit, & prorſus denique ceſſat, nec amplius ad extra in actum erumpit. Verum pręter naturam diminuitur, ut cum minus quàm congruat eam exerceri apparet: Aut mauis augetur nimis, quandocunque modum excedat, & quaſi violento impetu foras ſe prodat. Atqui vlterius corruptè exercetur, cum prępoſterè omnino, ordineq; uel modo peruerſo fit: Quamobrem uaria cum ſint multipliciaque uiuentis corporis munia, quę per ſanitatem, certo modo, certaque ratione, pro ætate, ac conſtitutione, naturę noſtrę congrua, obiri conſueſcunt; hinc profectò fit, ut innumera etiam ſimptomata in ęgrotantibus obſeruentur, quatenus multipliciter ſingula in ſingulis, vt dictum eſt, uitiari aliquando poſſint, fitque præterea ut hinc tam ingens rerum pręternaturam numerus in nobis inſurgat, unde malo quodam fato, apertis uitæ

periculis, inſidiemur: Immo cum vel hac ſola morborum, atque ſimptomatum conſequentia, raro ſimplex morbus accedat, quoniam uel fortaſſe etiam permixta illius cauſa eſt, fit etiam ut plurium morborum, ita etiam ſimptomatum complicatio multiplex obſeruetur, quod vnius ſcilicet, uel alterius generis illa, aut ex uno morbo, aut ex pluribus, mediatè, vel immediatè emanantia, inuicem confundantur, adeo quod poſt morborum, atque ſimptomatum prima, certaque genera, merito etiam uarię eorundem differentię conſtituantur, cum ex tanta eorũ uarietate, multiplices quoque naſci eorũdem diſtinctiones oporteat, de quibus ſaltẽ uniuerſim hęc indicaſſe ſat ſit, iam morborum omnium communes cauſas indagemus.

QVÆ ET QVOT SINT CAVSÆ vnde morbi, ſimptomataque ducunt originem. Cap. II.

CAVSÆ vnde ęgrotamus, quoniã non ad morborum rectam curationem duntaxat perquiruntur, verum adhuc ad eorumdem cognitionem, quę curationem antecedit, deſiderãtur; omni conatu ideo Medicis, quibus rationalis medendi via curę eſt, prænoſcendæ, præmeditandęque ſunt. Porrò cum morbi, ſeu mauis ęgri conditionẽ ſcire

oporteat,

oporteat,antequàm ei ex arte remedia dentur;nullius que rei iam pridem queat haberi cognitio, cuius ignorata adhuc principia videantur; hinc cauſarum, quę ęgrum efficiunt,conſeruantque obſeruatio anteponenda eſt, ut nempe habita ipſarum notitia, dein liceat aduerſus morbos inſurgere.

Harum itaque tria genera tantum neceſſario ponere conſueuimus, materiæ uidelicet, formæ, & efficientis, vel ex eo ſanè,quod unumquodque de nouo faciendum, cauſam in primis expoſtulet, à qua in actum producatur, cũ nihil ſeipſum efficiat, producatvè; Secundo ſubiectum aliquod deſideratur, in quo, & ex quo, tanquam ex ſubſtrata materia, res ipſa ſubſiſtat, quoniam ex nullo ſuppoſito ſubiecto, nihil omnino fiat: Demum tertio aliud neceſſariò ad rei cõſtitutionem requiritur, quod formæ rationem habeat, cuius puta præſentia, ad nouam agentis in ſubiectum efficientiam,aliquid tandem, hoc eſt effectus,de nouo reſurgat. Naſcentis morbi ſubiectum, corpus humanum, vel pars eius exiſtit, quandoquidem id cuius morbus eſt, & nonnaturalis affectio, aut partium ſimilarium, aut diſſimilarium ſimetria eſt: vtut autem morbus ipſe contingat, ſemper corpus, vel partem illius afficere manifeſtum eſt, in corpore idcirco, uel partibus ipſius,tanquàm in ſubiecto, morbus ſedem habet. Preterea, forma eſt morbi ſpecies, quæ corpori, uel mauis parti eius, ueluti materię impreſſa, ęgrum conſtituit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Atqui efficiens omniũ ex his, quę a Medico perpenduntur, cauſis pręſtantiſſima, ac princeps, ea iure cenſenda, quę dum in noſtra agit corpora, ea tandem de bono, priſtinoq; inſito ſtatu deturbat. Et harum equidem cauſarum omnium in ęgris inquiſitio, non tam ſciendi, quàm & curandi gratia a Medico deſideratur: Quoniam morbi ſpecie plenè perſpecta, ſiue ſimilaris ea, ſiue diſſimilaris exiſtat, uel demum ſimptomatica ſit, planum cõſequenter ſit, quibusnam remedijs curatio eius inſtituenda ſit; Sed deinde ipſa ſubiecta materia explicata, quę non unius, nec eiuſdem rationis in omnibus uiuentibus eſt, ſtatim pro conditione inter curandum ſingulares prębet artis uſus. Efficientibus uerò omnis generis intellectis, pręcognitisque, quid puta morbum gignat, augeat, foueatque, ſiue primo, ſiue ſecundo, ſiue item per ſe, ſiue per accidens, aliovè quouis pacto contingat, tota profectò pręſentis, atque futuri nonnaturalis affectus medicina concipitur. Quare licet harum cauſarum numerus cognitus, perſpectaque conditio, ad rectè curandum maximè faciat, ut earum perinde omnium indifferenter habẽda ratio videatur: efficientis attamen principij, unde morbi fomes, & origo dependet, pręcipua habenda obſeruatio eſt, cum inter medendum illud pręcipuè demoliatur. Atqui primum quodnam illud ipſum ſit, & quotuplex: deinde uerò qua ui, idemmet, corporis noſtri conſtitutionem, tam ſimilarem,

milarem, quàm diſſimilarem, peruertat, inquirere operępretium eſt. Sanè autē multa ſunt, unde tamquam ex cauſa morbus habet originem, cum multa, diuerſaque ſint illa, ex quibus conſtitutio corporis perturbatur, atque certè ea, quæcunque ſint, planum eſt ad certum ordinem adamuſſim redigi hucuſque nunquam a quopiam potuiſſe, quando eadem plerunque indifferenter agant, & morbum ipſum indiſcriminatim facere apta nata ſint. Attamen quamquam res ita ſe habet, ut plurimum nihilominus euenit, quod omnes morbi ex efficientibus duorum generum trahant originem, quorum vnum remotum, ac mediatum eſt, & alterum proximum, immediatumque nuncupatur. Remotum efficiens principium eſt, quod morbo futuro manifeſta parat initia, eumque mediatè tantummodo excitat. Proximum autem eſt, quod morbum præſentem immediatè facit, atque conſeruat. Quorum quidem amborū ideo magna eſſe debet conſideratio, quod ipſorum vnū morbo occaſionem & fomitem paret: alterum autem morbum ipſum, illius quoniam fomes, cum ideo proximè cauſet, ac nutriat; adeo quod niſi utrunque optimè cognitum, penitus tandem demoliatur, impoſſibile omnino ſit amiſſam ſanitatem adipiſci. Etenim ferè ſemper morbus tamdiu perſeueret neceſſariò, quamdiu proxima illius cauſa perdurauerit. Inſuper autem proxima ipſa cauſa eouſque conſiſtat, uigeatque, quouſque remo-

illi belle occaſionem præbuerit, vt puta quod, conſequenti adhęſione, proxima cauſa ex remota proueniens omnino ab ea manifeſtam originem habeat. Et quamuis interdum ex una cauſarum duntaxat morbus oboriatur, & fiat, puta quod in illa ſufficiens tam remotæ, quàm proximæ ratio contineatur: ex duobus nihilominus his inuicem conſequentibus, vt dictum eſt, morbus ut plurimum euenit. Itaque cum diſcendæ res omnes, & cauſæ ſint, quarum vi tam ex remoto, quàm ex propinquo in morbos incidimus, merito ab his, quæ ex remoto nos facilè turbant, ſumpto principio, ſtatuendum nobis eſt unum, quod ab omnibus paſſim communi conſenſu recipitur: nempe quodcunque quod nos per ſummā ſenſuum euidentiam inter uiuendū exercens, ita immoderatione nimia concutiat, ut optimum vitæ ſtatum deturbare ſit aptum, illudmet euidenter nolimus uelimus morborū ſaltē occaſionē eſſe, perindeq; tanquam ex remoto, ad morbos nos promptos efficere. Eſt uerò illud uel fortuitum quodpiam, & caſu contingens, uel quod neceſſarium eſt, quod inquam perpetuo, & neceſſario ita nobis ferendum eſt, vt ſine eo viuere nobis nullo modo liceat: Quodcunque verò idipſum fuerit, illud vel unius ex tribus generibus eſt: Aut enim primum eſt, quod extrinſecus accedens ſuo nos ambitu afficit: Aut ſecundum eſt, quod intrinſecus aſſumptum, receptu ſuo nos palam immutat: Aut deni-
que

que tertium eſt, quod in nobis ex ipſiſmet factũ; ſua ſaltem efficientia nos alios reddit. Ad hæc ſiquidem tria quodcunque deducitur, quod nos per uitam ſua immoderatione concutiens euidenter morbis facit obnoxios, ac ueluti ex remoto in nobis morborum principia parat; ueluti contra ſi probè, & opportunè præſto ſit, optatam ſanitatem incolumem, intactamq; ad ſtatam uſque uitę periodum ſeruat. Ad primum genus, quod ambientium eſt, aer iure deducitur, in eo etenim cũ nos perpetuò de neceſſitate verſemur, eumque coacti ad inſiti caloris euẽtilationem inſpiremus, & reſpiremus, utique per rerum cuncta meabilis, in omne corpus perflabile mox quaſi momento diffuſus, nihil uſquam noſtri intactum relinquit, vnde is quacunque coinquinatione donatur, ea ipſa in intima quæque penetrans, ita contagio afficit, ut illius uis maxima, efficaciſſimaque ad morbos infligendos cenſeatur, & ſit, quippe ipſe unus omnia pariter attingens, & nuſquam equè omnibus commodè congruens, cuius præterea non ut cæterorum incommoda declinentur, puta quod ſui emendationem raro expectet, proprijs vitijs omnia perfundat, & malis innumeris præcipua occaſio ſit: quando uel manifeſtis, uel occultis aliena inquinatione impreſſis qualitatibus, occultè etiam, aut manifeſtè, immediatè, uel mediatè morbos exſuſſitet. Poſt aerem ipſum, ad idem genus reducuntur, quęcunque corpus contingenter

ter ab extra ſuo circundant ambitu, ut ueſtimentum, ablutio, vnctio, aliudvè, quod uel hac eadem ambitus occaſione, quacunque qualitate donetur, eandem omnino communicet corpori. Ad ſecundum verò genus, quod aſſumptorum eſt, euidenter cibus, atque potus, ſiue paſtus ipſe reducitur, quo nos ipſi nutrimur neceſſariò, quoniam eſculenta, potulentaque, corpus noſtrum cõtinuò diſſolubile inſtaurantia, magis ac etiam magis hoc illud præſtare apta ſint: quia puta intimis recepta viſceribus, dum ſoliditate ſua deperditum reſtituunt, inhęrendo, permanendoque validius, & contumacius, quàm ipſe celeriter permeans aer, noſtrum corpus afficiunt, & neque ſimplici, vnicovè duntaxat modo, ſed multiplici, varioque; puta non aduerſa qualitate ſolum, verum & excedenti quantitate, & incongrua temporis opportunitate, uenturis morbis occaſionem præbent: aſſumpta enim quin his multis modis afficiant, impediri nunquam poſſunt, quin inquam tunc gignendis morbis pabulum ita, occaſionemque ſuggerant, ut ideo ſæpè illi repente erumpant, nullo quaſi præincipientis occaſionis apparentis impulſu: Atque ad hoc aſſumptorum genus rediguntur etiam quæcunque, ſiue medicamenta, ſiue aliud quoduis, quod quomodolibet fortuito in corpus noſtrum immitti aptum ſit, cuius porrò præſentia, aut aſſumptione, alteratio ſubſequatur. Vltimò in genus tertium, eorum ſcilicet, quæ à

nobis

nobis in ipſiſmet quomodocunque geruntur, geſtaque, euidentes morborum occaſiones eſſe poſſunt, exercitia deducuntur omnis generis, quæ tum corporis, tum animi ſunt, quorum ſanè modus exuberans multorum morborum origo eſt; Nam dum uiuimus, perpetuò exercemur, cum operatio præcipuum noſtræ vitæ munus, & officium ſit; Exercemur autem multifariam, cũ aliàs mente, aliàs ſenſu, & aliàs demum motu exercitemur; Quippe mente, ac ingenio ratiocinemur, diſcurramusvè paſſim, & contemplemur; Senſu verò frequentius ſenſibilia omnia multiplici occaſione percipiendo pertractemus; Et ſępius item ad obiecta amplectenda, euitandavè, corpore toto moueamur. Quamobrem fit vt hoc eodem exercitationis actu, multipliciter, ac uariè, non ſeruata præſertim quantitate, nec modo, aut item opportunitate neglecta, corpus noſtrum, vel per ſe, vel per accidens, pręter naturam immutetur; Quoniam cum inter exercendũ ſpiritibus multis egeamus, neceſſeque ſit ex his multos interim abſumi, ita ut modo non ſeruato, plures quàm expediat omninò deficiant; deficientibus autem illis, cuncta in nobis euerti certum ſit; præter naturã ideo nos tunc immutari neceſſe eſt. At neque id ex ſolis exercitationibus tum mentis, tum corporis fit, ſed adhuc ex amborum contrario; ſiue illud ſomnus, qui vigilijs aduerſatur, fuerit, ſiue demũ quies ſit, quæ motui eſt prorſus aduerſa: ex his

enim

enim iuſtitiam excedentibus, morborum cauſis proximis maior, minorvè ſubminiſtratur occaſio. Siquidem hinc corpus omniquaq; torpeſcat, quod ſpiritus offundantur præfocenturq́ue, ut ideo proſequendis naturæ munijs minimè ſat ſint, perindeque inſitę conſtitutionis reparatio nulla, uel diminuta ſequatur, unde poſtmodum morbis innumeris occaſio multiplex adueniat, & ad genus iſtud reducuntur quotquot non a nobis tantum, ſed ab alijs in nobis etiam commotiones corporis fiunt, aut qui caſu contigerint impetus, ex quibus corpus quomodolibet preter modum cócutiatur, agiteturvè.

Atque de remotis morborum cauſis ſint hæc, de immediatis, & proximis modo dicamus, hæ etenim cum à remotis iam dictis, cónexione quadam, ſeu neceſſaria conſequentia excitatę, morbum in corpore immediatè producant, productumque ad exitum uſque foueant, ut ferè quamdiu illi aſſiſtunt, incumbantque, eum ipſum tamdiu conſeruent, & augeant; Contra autem ſublatis, ille promptè deſinat, ac vnà demoliatur. Sunt autem hæ variæ, atque diuerſę, quæ ut in ordinem certum omnes redigi nullomodo poſſunt, ita neque certa quadam Methodo ſcrutari, explicarivè poſſunt. Etenim planum eſt etiam quas remotas diximus morborum cauſas, ſępè corundem eſſe propinquas, perindeque interdum & remotū, & proximum, unum ac idem illis forè principiū; adeo

adeo quod morborum proximas cauſas determinato ordine comprehédere penè impoſſibile cenſeatur. Vtcunque tamen res ipſa ſit,quoniá quodcunque,quod ut plurimum cótingit, alijs non neglectis, accuratius obſeruandum eſt, atque in nobis paſſim,ac frequẽter, prçuijs iam indicatis morbificis occaſionibus primum, ex inſitis autem, noſtroque corpore cótentis humoribus poſtmodum, ita morbi fiant, ut ex eiſdem etiam ultrò comitantibus,euidenter foueantur,& conſeruentur (oſtendit enim hoc illorum ſanatio,quę citra horum humorum correctionem, & ab omni illorum errore emendationem, quamuis omnis ſublata præincipiens remota cauſa ſit,nunquam tamen conſequitur) merito rationi conſentaneum eſt, tales ipſos humores proximum, immediatumque ut plurimum cótingentium morborum principium eſſe; quod ipſos ut dicebamus, tamdiu cóſeruet, & augeat, quamdiu illis aſſiſtit,& incumbit, ſublatum uerò nihil amplius efficiat, ceſſentque neceſſario illi, & demoliantur. Sunt quidem humores hi fluxiles, ac liquidæ quędam ſubſtantiæ, in quas aſſumptus paſtus, alteratione præuia, tranſmutatur; quę inquam non quod utile tantum,& ad inſtaurationem aptum natum eſt,ſub ſe comprehendunt, ſed & quod inutile, ac excrementitium iudicatum eſt, ſua adhuc ſignificatione amplectuntur, vt perinde omnis humida, fluxiliſque ſubſtantia, quæ certis noſtri corporis ſedibus continetur,

tur,ea ipſa humoris nomine donanda uideatur; Ea quamuis duorum generum ſit, nempe uel utilis, uel inutilis, eo quod cõcoquẽs naturę facultas oblatis licet alimentis ęqualiter ſeſe exhibeat, in eaq; pari robore, atque conatu, caloris inſiti ui, vbique incumbat, fieri tamen nequit, quod ob ſubſtantię eorũ varietatem, vbiq; hæc parem in partibus ſingulis modũ ſubeant, quin mauis diuerſitas in eis non parua, euidens, & manifeſta ſequatur, per quã aliquæ vtiles iudicentur, & inutiles aliquæ. Immo cum non repentè, ſed lõgo continuatoq; caloris appulſu, aſſiduoq; opere, in pluribus noſtri corporis vaſis, id prẹiudicati diſcriminis ſubeant, puta in vẽtriculo, hepate, & partibus quibuſq; ſingulis; neceſſariò fit, vt ſicuti quod ex his vtile eſt, ex diutina elaboratione magis purum euadit, ita conſequẽter ex eadem quod inutile eſt generoſius ſeparetur; Vnde poſt ſanguinem, qui vtilis humor ille nuncupatur, quo ſufficienter corpus vniuerſum inſtauratur, reliqui humores omnes inutiles tribus generibus comprehenduntur, nempe pituitæ, melancholiæ, & bilis. Pituita vniuerſim is dicitur humor, qui ex ineptiori paſtu crudior, & ferè imperfectior, indeq; frigidior eſt, tum quam iuſto operi congruat, quo proximè ſuo vaſe elaboratus eſt, tum item quam rei alteri æquè reſpondeat, in quam mox ille permutandus eſt. Bilis humor eſt, qui vt ex omnibus maximè calidus, ita vehementiori, ac diuturniori caloris ope, quouis ille vaſe reſi-

reſideat, elaboratur, conficiturq́; vnde accedente paſtus habilitate,per adduſtionem, vtilis ſucci modum prorſus excedit,nec nutritioni ſatisfacit. Melancholia humor eſt, reliquorum quaſi omnium humorum ſordes, ſiue fex, quæ in tenui paſtu, poſt validam quoquomodo adurentem, atque in craſſo,poſt debilem diminutè conficientem naturalis facultatis coctionem, in vaſe reſidet, vt nuſquam nutritioni inſeruiat. Cæterum, quamuis inutiles, & excrementitij humores hi, vnà cum vtili, dum pabulum nutritioni ſuggeritur, longa licet, continuataq́; operum ſerie, certis noſtri corporis ſedibus, manifeſtè ſecernantur; ipſi nihilominus nondum vitio perturbati, ſed ſtatis naturæ legibus,caloris nempe coquentis beneficio aſſeruati, nihil ſanitati noſtræ obſunt, attamen contra ſe habentes, neceſſariò morbis tam ſimilaribus, quã diſſimilaribus cauſam præbent,eamq́; deteriorem magis, minusvè, pro ipſa humoris peccantis natura, & vitio maiori, atque minori. Ea autem ratione ſe habent vt morbos efficiant, quoties tum qualitate, tum quantitate peccauerint, & à iuſto naturæ deceſſerint, quod equidem non inutilibus duntaxat humoribus proprium eſt, verũ & vtili, qualis optimus ſanguis eſt, commune videtur. Qualitatis peccatum adeſt,ſi quando humores,vel vtiles, vel inutiles, excrementitij vè ſint, iam tamen eo deuenerint, quod inſitam, & pro conditione propriam qualitatum ſimetriam ita amiſerint, vt

vltrò ideo conſuetis finibus nequeant contineri, quin inquam extra erumpentes perniciem euidentem importent; veluti ſanguis quamquam ſua natura ſuccus nutritioni conuenientiſſimus, nihilominus ſi pridem perfectus, dein externis ex cauſis deuiet à recto, vt mox propriam ſimetriam amiſerit, inutilibusq; ſuccis palam conſenſerit, iam ad corruptionem ita diſponitur, vt interdum vitæ ſummè ſit infenſus. Verum pituita quę crudorum ſuccorum inepta portio eſt, quo magis innati caloris ope ſit deſtituta, eo ſemper magis deuiat a recto, crudior enim eſt, atque viſcidior, & ad deterioris mali productionem paratior, quo autem magis extraneo calore mutatur, eo valentius putredine tentatur, fitq; ex inſipida, accida, & ex hac ſæpè ſalſa euadit. Accedit bilis, tenue excrementum, quod dum vltrò quam par ſit, inęquali, & externo calore conficitur, à conſueta naturalis bilis conditione deuiat; & in primis cum vitellina, ouorum ſcilicet uitellis ſimilis fuerit; deinde cum rubra, & ęruginoſa; poſtmodum cum cerulea; & ultimo cum fuſca, nigraq; redditur; continuò enim per gradus ualenter exuritur, acriſque fit, & naturæ magis inimica. Sed melancholia quæ fex ſanguinis eſt, alteratur etiam ita, ut ferè ſæpè tales pariat effectus, quales nigra bilis parit, quamquam ſemper mitiores, cum licet craſſitie, & colore conueniant, calore tamẽ ualdè longè differunt, hęc quoniam frigida, illa autem acris, quia exuſta ſit.

Atqui

Atqui prꝗterea quantitatis error præſto eſt, cũ humores ijdem præterquam par ſit ſe habuerint, hoc eſt tam utiles, quam excrementitij, inutilesvè, ita propriam menſuram prætergreſſi fuerint, vt naturæ uires illam ferre ulterius nequeant, conſequenterque permittant illos peſſum euntes palam uitæ inſidias machinari.

Tot equidem, talesque ſunt cauſæ tum remotę, tum proximę, quibus ut plurimum ex ordine corpus noſtrum multifariam ſeuiſſimis malis afficitur; Quamquam adhuc hæ (ſi de remotis intelligamus, quæ vel ex ambientibus ſint, vel ex intro receptis, uel demum ex à nobis ipſiſmet factis, eſtimentur) vt alienam & præternaturalem qualitatem impertiant, per quam humores ipſi quos morborum in nobis proximas ſtatuimus eſſe cauſas, uelint nolint magnoperè alterentur; Aut tandem etiam materiam de nouo ſuggerant, per quam humores ijdem à iuſta quantitate deuient; Iure proportionem ad corpus noſtrum quandam, & ad agendum in illud commoditatem habeant, operępretium eſt; puta quod vi donentur quadam ad cauſandum ſufficienti, & opportuna, quę non ſimpliciter, ſed per comparationem ad corpus talis ſit, quæ nempè ſuperet corporis reſiſtentiam, ita vt poſſit in oppoſitum illud permutare; Contra noſtro corpori ad recipiendam ita habilis diſpoſitio inſit, ut per eam facilè immutetur, tandemque ad patiẽdum paratiſſimũ exiſtat. Ita enim neceſſariò

C ſequetur

ſequetur opus, ſi tamen tunc mediatus, uel immediatus utrorumque, agentis ſcilicet & patientis requiſitus aderit contactus, qui & eouſque temporis ſpatio ſteterit, quouſque actio cum victoria, hoc eſt tum corporis, tum potiſſimum humorum eo ipſo contentorum deprauatio ſubſequatur.

De quibus ſanè humoribus, proximis videlicet morborum cauſis, ſi ſermo ſit, utique vt ex illis proximè certa morbi ſpecies procreetur, illud unũ neceſſariò deſideratur, nempè quod aut per ſe, aut per accidens, ita propriam malitiam corpori, vel partibus eius impertiant, ut ex ipſis neceſſariò prę ternaturalis affectio ducat originẽ, per ſe quidem euenit, dum per eorum præſentiam proximè, nulliuſque interuentu agunt; Per accidẽs verò dum ſaltem alio quopiam interpoſito; quod potius per conſenſum factum cenſetur, qui conſenſus ex latenti partium corporis ſimpathia, & antipathia ducit originem. Sed quomodocunq; ad morbi productionem humores concurrant, profectò cũ iam ex his, ille partim ſit factus, partimque ſit in uia; nec per initia ſtatim ille ex humorum peccato totus factus uideatur; rationi propterea cõſentaneũ eſt, huiuſmodi proximam morbi cauſam verè non vnam, ſed duplicem eſſe; Coniunctam videlicet, & Antecedentem. Humor enim qui peccat, inq; corporeque reſidet, & morbo facto proximè adhęreſcit, cum illum à principio in finem uſque comitetur, uerè cauſa eius coniuncta dicitur; Qui

autem

autem humor peccans,in corporeque reſidens pabulum morbo futuro præbet, ipſumq; ideo fouet, quod coniunctam cauſam nutriat, antecedens hic eiuſdem cauſa dicitur; Adeo quod inter quærendas ipſius morbi cauſas,ut cuiuſuis earum diligens ſit examen, neceſſariò à prima ad vltimam, nulla neglecta, proficiſci eſt opus; quo ita morbus clarius innoteſcat, illiuſque curatio perfectius accuratiusque celebretur.

Et uniuerſim de communibus morborum cauſis hactenus ſatis. Simptomata uerò quæ morbos immediatè, uel interdum etiam mediatè, vt diximus,conſequuntur,ex ipſiſmet morbis, tanquam ab origine pendent; Quando ex morbo primum partes ſimilares, & diſſimilares actionibus inſeruientes labefactentur. Ex morbo autem intelligas uelim, hoc eſt ex aliquibus eorum, quæ faciendo illi neceſſariò requiruntur,quæ ſunt ſpecies, efficiens, atque ſubiectum; Etenim non ex omnibus his ſemper, ſed ex quibuſdam duntaxat ſimptoma fiat. Quare uel ipſa morbi cognitione præmiſſa, euidens ſemper ſimptomatum cauſa cenſebitur.

QVIBVS NOTIS, AC SIGNIS, ET qua demum ratione, ex his, tum morbi ſpecies, tum eiuſdem cauſæ, tum denique ſedes affecta dignoſcatur. CAP. III.

TRIA ergo ea cũ ſint, quorum Medico intercurandum diligens, & accurata habenda notitia eſt; Morbi nempè ſpecies. Efficiens principiũ eius; Et inſuper ſedes, vel morbi ſubiectum; Rationi merito conſentaneum eſt, ut quanam uia, ac methodo vniuerſim ſingula hæc nobis ſint conſpicua, iñ poſterum exponamus. Ratum proculdubio apud omnes, firmumque eſt, cognoſcendæ, percipiendæque rei deſiderium bifariam tandem aliquando ſufficienter expleri; Aut primo, ſi res in apertum ſeſe ita ſua præſentia dederit, ut ipſis etiam ſenſibus innoteſcat, illoſque moueat. Aut ſecundo, ſi res alioqui ſenſibus ignota, quibuſdam ſaltem ſuppoſitis, veris, ſenſatiſq; præceptionibus, nouo ſuperaddito mentis intuitu, quaſi per medium mente conceptum quodammodo repræſentetur. Siquidem ſenſu res deſiderata percipiatur, expediteq; talis qualis eſt, à nobis ſentiatur, omnino illa ad uotum agnoſcitur, nec ultrò doceri attinebit, nec opus habebit rationibus; maxima quippecũ in

ſenſibus

ſenſibus veritas reperiatur, ſintque illi integri teſtes, neque unquam mentiantur, ſi præſertim ſani ſint, atq; ualentes, nec inſuper illis quidquam occurrat, ex quo impedimentum oriatur. Attamen ſi res ſenſum effugiat, at mente duntaxat comprehendere poſſit, perindeque diſcurſum expoſtulet, ex quo pateſiat, ac demonſtretur; Profectò ne fallax inde cognitio eaque ambigua, qua ipſi fallamur, ſed certa, & ut cupimus uera, præſtò ſit, accuratè medium demonſtrationis eius eſt perquirendum, quod reimet ita conſentiat, connexumque ſit, vt palam ſimilitudinem, ſpeciemvè illius, in ſe, virtute, aut actu contineat, ex quo demum quod cupimus tandem habeamus. Eſt porrò medium hoc omnium conſenſu duplex; nempè latentis rei quæſitæ cauſa; & eiuſdem effectus: ex his quippe duobus, ignotum quod quęritur, ratiocinatione deducatur; ex cauſis quidem quod in earum poteſtate res ipſa contineatur, vt ideo præcedentibus illis rem eandem talem, nec aliam ſubſequutam eſſe credi par ſit. Ex effectis autem rei eiuſdem proprijs, quoniam hi iam a re ipſa manantes quandam merito præſeferunt eiuſdem rei efficientis imaginem, per quam conſequenter eius conditio, atque natura repręſentatur. Verum enimuerò, cauſas hic nos non aliquot, ſed omnes, eaſq; proprias intelligimus, formalem ſcilicet, ſubiectiuam, & efficientem; tunc ſiquidē ex communi omnium cōſenſu perfectè, & ad vn-

guem, pro poſſe, cuiuſq; rei naturam perſpectam habeamus, cum iam ipſius proprias cauſas omnes, per quas, & ex quibus eſſe ſuum habet, nos exquiſite nouerimus; Amplius effectus etiam illos dumtaxat hic recipiendos eſſe decernimus, qui rei ita proprij præcipuique ſunt, vt non niſi rem talem perpetuò conſequi conſueuerint; Adeo, quod licet ex duobus his medijs, cauſis inquam & effectis, tanquam ex certis rei ſignis, deſideratæ cognitionis teſtimonia deſumenda ſint, ne tamen aliquando fallamur, duo in his diligenter obſeruare eſt opus; Vnum quorum eſt, vt quæ de his dicuntur, in omnibus illis vera ſint, quæ ſubijciuntur rei, cuius ſigna cenſentur; Alterum, vt in alio neutiquã veritatem habeant, ita vt ſic reciprocentur, puta quod ſi talia verè adſint, vel nõ adſint, adſit quoque, vel non adſit res ſignificata; atque item contra, vbi hæc adeſt, illa quoque adſint, abſint, vbi hæc abeſt; nam vbi vtrunque deſit, ſigna ſunt omnino incerta, & arte penitus carent; quod ſi alterutrum ſolum fortaſſe adſit, tunc ea plus virium ad faciendam fidem habent, quæ nuſquam inueniũtur verè, niſi in re cuius ſunt ſigna, quam quæ in omnibus talia ſunt, & interdum alibi reperiũtur, ac perinde minus propria ſint, ſed communia magis; quod ſi vtrumuis illa obtineant, omninò vera rei ſigna contemplanti congrua æſtimanda ſunt; Quamquam deficientibus his, in ſumma rei obſcuritate nitendum eſt, ex certis & proprijs magis ſignis

gnis de re latenti conicćturam facere, & illis adhuc deficientibus, minus certis vtendum eſt, vt aliquid ſaltem veriſimile attingatur, quando longius mens humana progredi non poſſit; & cum ſigna omnia ad cauſas, vel effectus referantur, vt dictum eſt: effectuum autem magis ſolida, & expreſſa inditia ſint, ac maiorem fidem faciāt, quam quæ cauſarum ſunt, illis propterea tum primum, tum frequentius, ac tutius vti operæpretium eſt: Verum tamen eſt, quod ex quo, ſiue cauſa, ſiue effectus ſignum præbeat, raro euenit vt vnum per ſe ſufficiat, res ideo tunc proprio uno ſigno declarari cum nequeat, multorū concurſu merito vtendum eſt, quia etſi ſingula fidem non faciant, unita ſaltem, & connexa firmum rei teſtimonium prębent. Itaque hæc cum ita ſe habeant, ſanè quandocunque eger medico proponatur, qui merito talis appellandus ſit, uel ex quo ſcilicet ipſe triſtetur, & langueat, nec ſecundum naturam ſit, ſed iam a ſtatu naturæ congruo palàm deceſſerit, ut iure artis ope egeat: profectò ſi eius conditio pateat ſenſui nempè ſua præſentia ita ſit manifeſta, ut nil pręterea illius attineat doceri, nec rationibus demonſtrari, ſtatim tunc cognitioni huic acquieſcet, nec ulterius ueluti rem incognitam alijs uijs inquiret, puta quod euidens talis iam cognitio adſit, qualis ſi quæ alia uerè certa æſtimanda eſt. Attamē quando fortaſſe latuerit, neque ſufficienter in conſpectum illa ſe dederit, ultrò ſtatim mente, tū ex cauſis, tum ex effectis, ratiocinabitur: ex his ſiquidem

mens in recondita penetrãs duobus ueluti ex fontibus ſigna deducet, ex quibus tandem quod occultum erat commodè eluceſcet. Principio verò morbi, & ſimptomatis ſpeciem indagabit: Illius deinde ſedem inueſtigabit: & vltimo morbi, ac ſimptomatis cauſas omnes efficientes inquiret: Hoc quoniam ordine unius notitia ex altero facile pendat: Morbus enim cum ſimptomate cognitus, partibus affectis agnoſcendis plurimũ fauet: atqui utriuſque notitia, cauſis aſſequendis maximè iuuat. Quare ſi morbus (vt ab eo ordiamur) interior ſit, noſtroſq; ſenſus effugiat, nec ſatis in conſpectum ille ſe det, ut plenè cognoſcatur, tunc ex præſuppoſitis, omnium primo effectus illius proprij in ęgro patentes colligendi, obſeruandique ſunt omnes, & qualem deinde morbi ſpeciem repręſentent, expẽdere opus eſt. Morbi duorum generum ſunt, alij enim ſimilares, & diſſimilares alij, quorũ effectus in ægro corpore, ut ægrũ eſt, plures exiſtunt, quos certè uel morbi, uel ſimptomatis, uel alterius præternaturam contingentis ſpeciem ſapere certum eſt; Ex his attamen qui effectus verè proprij ipſius morbi ſunt, hoc eſt, qui morbum vt plurimum comitantur, nec alijs a morbo conueniunt, cæteris non neglectis, primũ colligendi, obſeruandique ſunt; ex his enim hactenus morbi ſpecies indicatur, quatenus cũ principio a quo fluunt ſimilitudinem habent; Similitudo penes id ſtat, quod principium illud, ſecundum vim omnem propriam pariat effectus, eoſq;

ita

ita potiſſimum peragat, vt ſi fieri poſſit, ſibi ſimi-
les omniquaque ſint; Ratione ergo huius ſimili-
tudinis, quæcunque effectuum morbi ſpecies fue-
rit, ſiue conditio, eadem ipſa conſequenter, nec
alia, indicabit morbi naturam. Quare quamquam
determinati effectus ſimilare, vel diſſimilare mor
bi genus difficile vniuerſim colliguntur (nulli e- indicantes
quidem communes ſunt, certam morbi ſpeciem
indicantes, ſed ſolum proprij, horum ideo nihil
commune tradi poteſt) hic attamen vt quo ad li-
cet, eorum certior tradatur regula, tum non na-
turalis ratio, ſeu ſpecies eorundem animaduerten
da eſt, tum denique modus, quo erumpunt in
actum; Quando præſertim longa rerum experien-
tia conſtet, effectus aliquos a ſimilari morbo po-
tius, quam a diſſimilari, aut contra, pendere; In-
ſuper, etſi quandoq; vtrique communes obſeruen
tur, modus tamen unicuique proprius eſt, qui dif-
ferentem eſſe autumat originem. Cæterum, via
hæc ad morbi ſpeciem agnoſcendam per effectus
quamquam certior, & euidentior altera, quæ per
cauſam eſt, adhuc tamen quia confuſa, & imper-
fecta cenſetur, in ea ſola ideo minime quieſcendũ
eſt, ſed adhuc aliam, quæ per cauſam conceſſa eſt,
omni conatu tentare oportet, vt ambabus ſimul
iunctis, perfectior, euidentiorq; cognitio ipſa fiat;
Vt igitur morbus interior exiſtens, nobiſque ſua
præſentia deliteſcens per cauſas dignoſcatur, me-
rito relicta forma, de qua nunc quæſtio eſt; necnõ

& ſubie-

& ſubiecto, quod ex ſe plerumque ad quācunque ferè morbi ſpeciem eſt indifferens; omne ſaltem efficiens principium immediatum, ac mediatum eiuſdem, diligenti indagine perquiremus, ex eoque neceſſaria conſequentia de morbo coniecturam faciemus; Sed vt vnius morbi non vnum ſolum, ſed vt plurimū multiplex efficiens eſt, quia puta remotum vnum, & aliud deinde proximum ſit, ac rurſum inter vtrumque horum plura intercedunt alia, ſibi inuicem conſequenti ſerie quadā coagentia, ideo morbi factricem cauſam omnem, a prima ad vltimam, vſque prænoſcentes (ſeruato ordine quem, & inter agendum omnes habuiſſe comperimus, puta, quoniam præincipientes, & remotæ primo loco agunt, & veluti cæterarum proximarum cauſarum occaſiones ſunt, ita ab his primum exordio ſumpto, ad alias poſtmodum recto tramite proficiſcentes, vſquequo tandem ad coniunctam & morbi propriam deuentum ſit) ſine dubio ex ratione cauſandi earum, morbi ſpecies neceſſariò deducetur; poſteaquam certis datis rei principijs, illisq; citra impedimentum operantibus, res eadem ex illis, nec aliundè, ducat originem. Hac ſiquidem ratione ex effectis, & cauſis, in morbi tam ſimilaris, quam diſſimilaris, tam ſimplicis, quam compoſiti, notitiam deueniemus; ex his quippe, vt dictum eſt, tanquam ex certis inditijs, mens recta ratione ducatur, & in recondita penetrans, quæcunque magna obſcuritate inuol-

uuntur,

uuntur, ſic aperiat, vt oculis ea cernere videatur.

Simptomatum iam accedat inquiſitio; Interdũ enim ea adeo pollent, vt morbos quibus annexa fuerint, longè admodum ſuperent; Simptoma ergo quodcunque fuerit; ſæpè ſeſe palam ſenſibus offert, vt ſatis ex ſe fiat conſpicuum; ſæpe verò ratiocinatione ſolum aſſequitur, vt ex eiſdem fontibus neceſſariò, ex quibus deducta eſt morbi notitia, ex cauſis nimirum atque effectis, propria cognitio petenda ſit. Ex cauſis porrò proprijs, quæ ſiue immediatè, ſiue mediatè, ſemper ſunt morbi cum cauſis ipſorum; Quoniam dũtaxat actio perturbetur, ſi vel ſimilaris, uel diſſimilaris partium ſimetria aliquando defecerit, quod a morbis, & cauſis ipſorum ſemper fit. Verum ne hic circulari, eaque vana nos vti demonſtratione videamur, quod ignotum per ignotius, & ſimptoma per morbum, inquiramus, cum iampridem morbum per ſimptoma perquirendum ſuppoſuerimus, profectò incumbẽdum ſaltem eſt, vt prę ceteris unum, alterumvè horum, quod quęritur, aut ex cauſa, aut ex effectu præluceat; Ita namque lumen ex lumine aſſequemur, & quod aliàs latitabat, tandem ſufficienter eluceſcet. Etenim tunc ex morbo prę uiſo inprimis actionem læſam, hoc eſt ſimptoma aliquod adeſſe conſtabit: ex ſimptomatis verò effectis poſtmodum, ſiue hi morbi ſint, ſiue ſimptomata, ſiue aliud quoduis præter naturam, quod tamẽ ex ſimptomat[illegible] ipſis ducat originem, ſufficiens

ficiens ſpeciei ſimptomatis habebitur coniectura. Effectus autem ſimptomatis plures ſunt, & uarij, quia uel morbi ſint, vel etiam ſimptomata, ut dictum eſt, ex quo ſcilicet morbus, & ſimptoma frequenter inuicem ſibi cauſa ſint; Ceterum, effectus hi aut per ſe ſenſibus patent, aut illos cum lateant, altius diſcurſu quærendi ſunt, ex cauſis proprijs, effectisque, hoc eſt ex eo unde fiunt, ſiue inquam morbus, ſiue ſimptoma ſit: quatenus porrò illud quomodolibet innotuerit, & amplius ex his, quæ iam longo rerum uſu unicuique ſimptomati determinatè reſpondere quolibet nos certi fuerimus.

Sed cum præter morbum, ſimptomataque cauſam adhuc efficientem utriuſque cognoſcere operepretium ſit, illius idcirco notitiam vniuerſim etiam hic perquiremus; Sanè autem efficientem morbi cauſam, cuius potiſſimum notitiam deſideramus, illam eſſe cenſendum eſt, quam proximã, ſeu morbo antecedentem, ſeu coniunctam opinamur, eam videlicet, qua mediatè morbus ipſe fit, atque ſeruatur; hanc etenim adamuſſim intelligere ad curationem morbi eſt ſummopere neceſſarium, quando præſertim morbus, hac duntaxat diſſipata, prorſus eſſe deſinat; Quamquam neque ideo aliarum cauſarum, præincipientium puta notitia Medicis negligenda eſt; hę quoniam licet primo morbum non faciant, eam tamen ſecundo ſua præſentia fouent, & nutriunt, ex quo nempè proximam cauſam eius, ſerie quadam cuſtodiunt,

ſtodiunt, atque conſeruant; adeoq; niſi omnes ſimul, à prima ad vltimam, penitùs eſſe deſinant, vt hę ſibi inuicem fauent, ita perdurantibus morbus ipſe ſtabit; Inſuper & creſcentibus, vel diminuentibus, morbus creſcet, vel minuetur; Cauſæ ergo morbi omnes ad bene tutoque curandum prænoſcendæ ſunt; etſi prę cęteris proximam pręſſius meditare oportet; ab ea idcirco ſumpto principio, quoniam plerumque cum præincipienti neceſſaria, vel fortuita, quæ ex ſe manifeſta, ac euidens eſt, confundi videatur, vt ſimul atque ſemel præincipiens ſit, & proximæ rationem habeat, vt aliàs demonſtrauimus, vtique etiam ipſam ſolo ſenſu percipi plerunque fatendũ eſt, vt plurimum tamen quoniam ad nobis inditos ſuccos eam referamus, vnde ſcilicet proximè morbi fiũt, quorum porrò ſuccorum malitia, & nocendi ratio latet, ac vnà cum ipſis ſuccis in abditis vaſis collocatis inuoluta multis tenebris eſt; Vltrò perinde (niſi ut interdum fit, foras per varios ductus peccans humor erumpat, in conſpectumque ſe det) acri eget mentis intuitu, quo tandem curanti clarius eluceat, quod; certè ex eiſdem ſignorum fontibus conceſſum eſt, vnde ad cognoſcendum nobis à natura indita uia eſt; Nempè tum per cauſas, tum per effectus; Per effectus autem primum, ex quibus tanquam à notioribus nobis cognitio quæuis euidens habet originem. Sunt autem effectus hi, omnia & ſingula, quæ præter naturam egrum comitari

mitari obſeruamus, ex his etenim ſucci peccantes, peccatique conditio, quæcunque fuerit, colligetur; Et quidem ſuccus peccans apparet, dum collectis ipſis effectis, conſtet illos longa rerum experientia vnius ſucci magis eſſe proprios, quàm alterius, puta bilis, pituitæ, aut melācholiæ potius, quàm optimi ſanguinis. Diximus proprios, ob illos ſaltem effectus, qui non per ſe, ſed per accidens, ex ipſis peccantibus ſuccis contingunt, quorum vt indirecta origo eſt, ita indirectum ſolum iudicium eſt, perindeque valdè difficile, & ſola obſeruatione probatum: qui etenim effectus per ſe, atque directè, ex certis humoribus, tanquam ex proprijs efficientibus principijs, fiunt, euidenter quotidiano ſenſu ſuam atteſtantur originem, quoniam ex ſanguine calidos, & ſępè peſſimos; ex bilioſo licet etiam calidos, omnino tamen peiores obſeruamus effectus, attamen illos vbique vehementes, ex pituitoſo autem, & melancholico effectus frigidos, ac lentos hăbemus, etſi pituitoſum ſemper ſumma cōcomitetur humiditas; Sed inter effectus hos iudicandos, decernendosque, ob ſummā rerum uarietatem, experientiam eorum habere nō paruam oportet: pręſertim quod raro purus humor, ac ſimplex, ſed mixtus, multiplexque, inſuper nec uno ſui peccato, ſed uario ſit origo morborum, ita ut effectus præternaturam raro ſimiles, & ſæpè diuerſi contingant. Atque certè tunc neque peccantem medicus ſolum humorem agnoſcet, uerum vltrò ex eiſdem

effectis

effectis peccati conditionem percipiet; nempe nè uel ſola qualitas ſit, aut pręter hanc quãtitas etiam peccet. Etenim quantitatem effectuum magnitudo arguit, quippe ſi multus humor fuerit, de neceſſitate multum pro ſui ſpecie in agendo ualebit, perindeque effectus magnos ille parturiet: Qualitatem autem ipſe effectuum mos docet, qui ſi certis qualitatibus, videlicet primis, uel ſecundis, aut etiam veneficis, humor aliquis ſit affectus, illius quoque certus efficiendi mos, atque ratio extrinſecus apparebit: quando qualitati cuiuis proprius agendi modus inſitus uideatur: & ut non omnis humor ijſdem ſemper afficitur qualitatibus, ita nec ſemper & vbique humor eodem modo noſtrum corpus lędit; Quare hac ratione potiſſimũ per effectus de cauſa morbi efficienti proxima arguendum eſt. Sed eiuſdem proximæ cauſę notitia per cauſas, etſi etiam ſatis confuſa, ea tamen minimè contemnenda eſt, conſequitur autem ex eo, quod certum eſt, cauſam hanc proximam ex alijs cauſis remotis, præincipientibus ſcilicet, procatarticisvè, ortum habere, inſuperque cauſis eiſdem omnibus, in hanc ipſam proximam, antecedentem ſcilicet, & coniunctam, inter cauſandum ineſſe ordinem, ſucceſſionemque neceſſariam; Ea verò quæ hac ratione oriuntur, ſibique inuicem ſuccedunt, ſua omninò principia atteſtantur, ita ut vel ex illis proprium eſſe cum habeant, habeant quoque cognoſci ſuum: Quare cum præincipiens

morbi

morbi cauſa reliquarum eiuſdem cauſarum origo atque principium ſit, merito vt hæ ab illa ducunt originem, ab eadem quoque ipſæ propriam habebunt cognitionem; ergo cauſa remota, præincipiens vè, quia ſeſe doctis & indoctis inter cauſandum oſtẽdit, conſequenter qualis ex ea proxima morbi cauſa fiat, ſufficienter indicabit. Itaque ſciſcitandi primo ipſo ingreſſu ægri ſunt, ne puta vnã, vel alterã, tam mediatè, quam immediatè, morbo occaſionẽ dediſſe cognouerint; hæc enim præincipiens morbi cauſa eſt, ſiue ex neceſſarijs illa, ſiue ex contingentibus ſit, in cuius poſtmodum obſeruatione altius progrediendum, visque illius, ſiue potentia meditanda eſt, meditanda inquam ex modo, quo in hominem ægrotantem illa impetum fecerit: impetum enim facit virtute propria ad agendum valida, quæ nec per diſtantiam, nec per interpoſitũ medium aliquod ſit impedita; dum tamen corpus, in quod ſubſtratum agat, ad recipiendum habile, & diſpoſitum ſit, ſuſtinueritque tamdiu actionis impetum, quamdiu ad impreſſionem recipiendam ſat eſſe potuerit; quatenus itaque præincipiens cauſa præcedens in corpus ægrum hac ratione iampridem eruperit, eatenus cauſas in eo proximas excitatas fuiſſe iudicabitur, atque omnibus ita præcognitis (niſi forſan immediatè morbum eueniſſe planũ ſit, vt quæ præincipiens morbi cauſa, eadem etiam proxima, ſiue antecedens, ſiue coniuncta cauſa ſit) eorumdem proximarum

cauſarum omnium, per ipſam pręincipientem, aſſequetur notitia. Harum verò longa ſæpè ſeries eſt, ideoque arduum, & difficile de his ex arte tanta decernere, quia nempè hæ multifariam ſe inuicem conſequantur, ad morbumque ipſum variè accedant. Attamen ne hic fruſtra recenſeantur vniuerſa, quæ aliundè in nobis immutata morbis tandem fomitem dant, ſupponimus vnum, quod ex dictis notum, & verum experimento compertum eſt; Humores ſcilicet nobis inſitos ex pręincipiētibus cauſis perturbatos, cauſas proximas antecedentes, vel coniunctas morborũ eſſe; Ex quo præterea ſequitur alterum, nempè ex præincipienti cauſa, non humorem ſimpliciter, vt puta iam notum, ſed adhuc etiam humoris ſpeciem, vnà cum peccato eius, euidenter apparere; Apparet autem facilè humoris ſpecies, ex iam cognita eiuſdem præincipientis cauſæ natura, atque potentia, an puta talis ea præceſſerit, vnde fauente ſubſtrati corporis habilitate, ſpecies humoris determinata, bilis, inquam, pituitæ, melancholiæ, vel ſanguinis, præ cęteris excitata ſit: Vt ſi præincipiens cauſa præceſſerit, ex qua inſiti humores intra mediocritatis terminos conſeruari ſemper, nec vſquam immutari potuerint, quoniam ea non niſi temperanter in illos impetum fecerit, quod à mediocri nũquam illa deceſſerit; Inſuper verò & ventriculi, & hepatis, & reliquarum procreandis humoribus inſeruientium partium temperata acceſſerit

conſtitutio, qualis vt plurimum per adoleſcētiam eſt; neceſſariò bonum, laudabilemque vigere ſanguinem, qui temperatus humor eſt, & nutritioni aptiſſimus, opinandum eſt: Ita ſi ex præincipientibus cauſis, & tenuis materia, & calor immoderatus, cum ſiccitate, attenuantibusque nimis qualitatibus alijs abundè præceſſerit, omninò tunc bilioſum regnare humorem, calidũ ſcilicet, ſiccumque ſuccum, veriſimile eſt; & eo certè magis, quò ventriculus, hepárque & aliæ gignendis, ac immutandis humoribus inſeruientes partes, ad calidum, ſiccumque vnà tunc vergant omnes, vt propterea generationi bilis commodè ſeruiant, veluti in ętate conſiſtentiæ vt plurimum obſeruamus. Ad hęc, ſi ex pręincipientibus cauſis quoquo pacto frigus immoderatum cum humiditate coniunctũ obſeruatũ ſit, ſanè tūc pituitā vigere, quæ ex ſe frigidus, humidus, & craſſus eſt ſuccus, veriſimile iudicabimus. Et quidem magis ſi ventriculus, & hepar ad frigidum vergant, vt in ſenibus, uel calidum ſaltem innatum oppreſſum habeant, vt nec ideo ſuo ſufficienter incumbant muneri, ſed cruditatibus faueant, ut in pueris, in quibus magnus ſemper eſt cruditatum aceruus. Quod ſi demum cauſę præincipientes uim exſiccandi, & incraſſandi non leuem habentes, morbum aliquando præceſſerint, vnà cum caloris & frigoris inæqualitate, per quam craſſiores euadunt humores, ut tandem quaſi fęx ſanguinis, & ſedimentum, ad nutritio-

nem

nem ineptum maiori ex parte fiant, tunc rationabiliter melancholicum ſuccum abundare credendum eſt: præſertim, ſi uentriculi frigiditas, & hepatis caliditas, vel alia quæuis talis partium naturalium intemperata inęqualitas prętò fuerit. Etenim, hac ratione quinam humor vniuerſim in quouis morbo, antecedentis, vel coniunctæ cauſæ rationem habeat, ex pręincipientibus cauſis agnoſcitur. Qui inſuper vel ſimplex, vel alteri inixtus, colligetur ex coniecturis tã a cauſa, quam ab effectu complicatè deductis. Cęterum, eiuſdem humoris peccatum, nunquid quantitas, uel qualitas ſit, quando extrinſecus illud ipſis ſenſibus neutiquam pateat, ab eodem etiam fonte deducetur; quoniam quantitas ex frequenti cauſarum earumdem præincipientium occurſu, vel impetu, ducit originem: Qualitas autem ex earum agentium ſpecie, ac agendi forma, ſatis apertè decernitur. Nam vt ex agentis robore effectus magnitudo dependet; ex agentis autem ſpecie certus determinatusque effectus prętò eſt: ita ex præincipientis cauſæ occurſu, excedens humoris copia iudicatur, & ex eiuſdem cauſæ ſpecie, qualitatis error euidens eſt.

Et de morbi, ac ſimptomatis, cauſarumque eorum notitia ſat dictum: Iam ſedem affectam perquiramus. Non enim noſce ſufficit qualis morbus, quale ſimptoma, & qualis demum cauſa ſit, ut appoſitè medicinã faciamus, ſed præterea om-

nium ſedem veram agnoſcere neceſſe eſt. Ea autem quoties ita ſua præſentia pateat, ut neutiquam altera egeat mentis indagine, rem certè deſideratam adeſſe cenſendum eſt; Quoties autem ipſa lateat, occultaque ſit, ut ſenſus effugiens minimè ſeſe det in conſpectum, illico ſuorum ſignorum fontes petendi ſunt, ex quibus illa compareat.

Quæ itaque pars quæritur, illa ſit, quæ morbo affecta ſit: ad hanc utique inter alias decernendam, effectuum ægritudinis, ſeu morbi, tunc pridem eam occupantis, obſeruatio procuranda eſt: Sunt quidem effectus ijdem, per quos etiam morbus ipſe colligitur, qui attamen duorum generum ſunt, cum partim ex morbo ſimpliciter fiant, adeò quod morbum conſequantur vbicunque ille reperiatur: partim autem ex morbo ſolum proueniant, quatenus talem, nec aliam, ille corporis partem occupat; ideoque omnes licet ad morbi ſpeciem, ſiue naturam agnoſcendam plurimum faciant, ad affectam nihilominus partem percipiendam hi præſertim maximè faciunt, qui morbum determinatam parté occupantem cóſequuntur; Vnde hi merito differétes ſunt, atque diuerſi, nec in partibus omnibus, eodé quamquá exiſtéte morbo, ſimiles ſemper ſunt, qm̃ differés, diuerſaq; partis affectæ conſtitutio, vt per ſanitatem extrinſecus variè ſeſe ſenſibus offert, ita ſimiliter, ſi præternaturam ſit, diuerſam admodum ſeſe exponendi rationem habebit; Vt accuratè igitur ex morbi

effectis,

effectis, partem affectam agnoſcamus, eorum omnium effectuum potius quã aliorum habenda ratio eſt, qui ſpeciatim morbum hic, & nunc, ægram partem afficientem conſequuntur; Hi verò propriè qui ſint, & quales, ob ſummam eorum varietatem, non niſi diu exercitatis in arte ſunt conſpicui, quippe non niſi longa obſeruatione, acrique iuditio omnibus ad ſua deductis, & expenſis, de ſede morbi ex his tuto decernatur. Interea attamen, ne temerè ex ſolis effectis, de eadem ſede iuditium proferatur, vlterius quæ ex cauſis morbũ efficientibus (de formali enim dictum eſt, quando de morbo; ſubiectiua autem eſt quę quæritur) de eadem ſede haberi notitia poteſt, iam eſt proſequenda. Et quamuis cauſæ morbum efficientes, tam remotę, vel pręincipientes, quam proximæ, variæ ſint, atque multiplices, ex hiſque aliquæ per ſe, & per accidens aliæ morbum efficiant, vt dictum eſt, ideoq; quæ inter multas pręſentem morbum cauſent, & quatenus cauſent, conſpectas habere difficillimum ſit, ut conſequenter neque facilè ex cauſis eiſdem affectæ ſedis notitiam aſſequi poſſibile videatur, nihilo minus tamen, poſt cauſas ipſas iampridem determinatas, quomodocunque examinatas, confuſa ſaltem apprehenſio quędam illius nobis conceditur, ea ratione duntaxat, qua illę ſibi inuicem ordine conſequentes, ſua demum vi, vnam, vel alteram noſtri corporis partem præ alijs inficere aptę natę ſunt; Vnde cum

præincipientes cauſæ nos multifariam lędant, ut multifariam idcirco cauſas proximas morborum proprias, intermedijs excitatis, inducant, conſequenter obſeruata cauſarum morbi intercauſandum ſerie, quatenus ſaltem in partem aliquam determinatam conducit, catenus talem partem morbi ſedem exiſtere planum fit. Sed confuſa admodum eſt etiam hæc partis affectę notitia, per morbi cauſas efficientes inuenta, atqui qualisqualis ipſa fuerit, profectò alteri per effectus iam habitę ſuperueniens, in ſimul meliorem, euidétioremque quam aliàs foret, eiuſdem ſedis afflictæ cognitionem parit. Quoniam uerò ſępè contingit, non unam ſolum, ſed ſimul, ac ſemel plures affici partes, quibus & interdum non unus morbus, illęq; ſimplex, ſed mauis mixtus ineſt, ut ſanè tunc difficilius ſedis affectę iuditium uideatur, attamen ſingulis pręſſius ſuo loco poſitis, & ad ſua deductis, minor omninò difficultas euadet; Etenim tunc ſignorum omnium nos in aliquam partis affectę ſuſpitionem adducentium conditione ſingillatim expenſa, percontandum ulterius eſt, non & hęc ſimul omnia ad unius ſolum determinatæ partis ſignificationem concurrant, eodemque pertineat, ut neque ex his ullum quoquam deflectat; tunc enim uerè explorata, compertaque erit ſedes affecta; Sin uerò illa inter ſe diſſident, diſcordantia uè ſunt, nec unius eiuſdem affectę ſedis ſignificationem obtinent; aut certè in alterius partis inue-

ſtiga-

ſtigationem diuertendum, dum quędam deprę-hendatur, quę certis ſignorum teſtimonijs affecta confirmetur; aut mauis de morbi permixtione dubitandum eſt: etſi ubi adhuc ille mixtus appareat pluralitatem quoque partium adeſſe poſſibile ſit: atque tunc res ut clarior fiat, ſignorum morbum indicantium conditionibus omnibus exactè examinatis, quotquot ex his in unius partis ſignificationem concurrunt, ſeorſum cõſtituenda, referendaque ſunt: hac ſiquidem ratione, uel morbum, uel ſedem eius multiplicatam eſſe conſtabit: quãquam ſi affectę ſedes uicinę exiſtant, & in communem quandam functionem conſpirent, quia pleraque illarum inditia communia ſint, dilucidè id explicare arduum & operoſum eſt: non uerò cum affectę ſedes diſſitę ſint, quoniam ſigna prorſus diſparia, eodemque pertinentia minimè habeant, proptereaque ſecretio multo expeditior, atque facilior extat. Et hęc uia eſt in notitiam partis morbo affectę deueniendi, quatenus uniuerſim a nobis illa haberi poſſit.

Cęterum, ſi partem aliquo afflictam ſimptomatę quis ſe ignorare putet, quippè quod illam ſenſu non percipiat: equidem uel ipſomet recognito ſimptomatę, cum illud unius determinatę actionis defectus ſit, neceſſaria cõnſequentia, partem ipſam ſimptomati ſubſtratam intelliget.

Ad hęc uerò, ſedem propriam cauſę apertam habere omninò opus eſt, inde quoniã quã arte opta-

ta remedia adminiſtranda ſint, clarius pateat: ſæpè namque fit, vt quamuis alicubi partium, morbus, aut ſimptoma adſit, alibi tamen quam ibi, efficiens cauſa locum, & ſedem habeat: quippe morbi, ſimptomataque, uel per ſe, primoque fiant: atque tunc afflictę parti coniuncta cauſa uerè inhęret: uel item per accidens, & ſecundò, ſiue per conſenſum: quo ſanè caſu, unius partis uitio, pars altera languet, & alibi quam ubi morbus eſt, uerè ipſa cauſa reſidet: ueluti certè contingit, ſi quę afflicta pars eſt, ea conditione donetur, qua ob ſibi inditum munus, alijs omninò compati, ſiue illis obeſſe apta nata eſt: Quod fortè etiam ſitum poſitionemuè talem habet, qua malum ſibi inditum alteri parti facilè communicet, quia nempè illi ad recipiendum aptè diſpoſitę, quidpiam cauſę morboſę promptè impertiat: Aut mauis, quoniam illi cum eadem parte talis atque tantus conſenſus ineſt, & ſimpathia, quod uix ea malè ſe habenti, ipſa conſentiens benè ſe habeat: Quapropter, quatenus morbus per cōſenſum ex cauſa proueniat, nec ne, ut ex arte medicina paretur, accuratè indagabitur; Quod fit, ſi conditione partis lęſæ certo experimento perſpecta, ne porrò ea ex illis fortaſsè fuerit, quæ morbis per conſenſum frequenter affi ciuntur, aut non, mox morbi exordia rememorentur, ea ne alibi fortaſsè contigerint, quam ubi ſeſe tunc morbus oſtendit; quoniam tunc potius conſenſus, quam aliàs ſuſpicandus eſt; præſertim ſi

mor-

morbi ſeuities, vel breui temporis ſpatio in parte eadem, tum minor, tum maior appareat,nec conſtantiam, certam cauſæ præſentiam, indicantem, oſtendat; Quoniam tunc morbus cum ſit per conſenſum, miteſcit, augeturque, dum creſcit, minuiturque fomes ex primario affecta parte influxus; veluti contra, ſi per eſſentiam ſit, aut longiori ſaltem conſenſu talis euadat, ob veram cauſę pręſentiam, firmè, & conſtanter partem afficit. Atq; de ſignis medicis demonſtratiuis, quæ vniuerſim dicenda erant, habeant hunc finem, iam ad prognoſtica ſigna explicanda deſcendamus.

Digitized by Google

DE PRAESAGIO
FVTVRI EVENTVS MORBORVM, AFFECTVVMVE NON NATVRALIVM corporis humani.

PARS SECVNDA.

QVID IN MORBIS PRÆSAGIENDVM ſit, & ex quibus, ac qua ratione, & quando id opportunè faciendum.

CAPVT PRIMVM.

SANE' inter medendum pluribus ex cauſis Medicum prouidentia vti optimum & neceſſarium eſt, vel ex eo quidem quod homines ſingula ex Medicinæ arte præcognita adamuſſim eueniſe proſpicientes, & Medicos diuinam quaſi artem profitentes vnicè admirentur, ſuſpiciantq, & eis ſubinde, ut ſibi plurimum profuturis, libentius pareant, audentiusque ſeſe bellè de ſanitate ſperantes, eorum curationi committant: Siquidem præter ęgrorum obtemperantiam, eorundem quoque fidem, & ſpem

Digitized by Google

& ſpem ad futuram ſalutem adipiſcendam maximum quid facere planum ſit; Sed vel ex eo præ cęteris, quod Medicus prouidentia ductus, longè multum ante tempore, poſt præſentis morbi naturam, & laborantis conſtitutionem optimè cognitam, imminentibus malis omnibus, remedijs ritè paratis, commodè obuiam ire valeat; adeo quod ne illa interdum eueniant, omninò prohibeat, & eorum quoque ſęuitiem, magnitudinemvè aliquando fortè futuram arceat facilè, & intercipiat, ut ad ſummum periculis morborum ſingulis, perinde ac peritus nauta in futura tempeſtate, rectiſſimè proſpiciat, atque hac potiſſimum ratione ſaluti ægrotātium deſideratæ ſummoperè conſulat, ſuique demum, & artis dignitatem iuſtè conſeruet, cum eadem malis morborum euentibus præmonſtratis, impudentum conſilium euitet, quòd nec porrò deploratos, ſpe certa ſalutis, magno & ſui, & remediorū dedecore, curare aggrediatur: neque tandem preſeruandos, omni ſpe ſublata, relinquat, quod non ſine artis infamia fieret. Ergo res cum ita ſit, poſt abſolutum de communi morborum notitia aſſequenda ſermonem, iam qua ratione, & arte, peritis Medicis liceat in omni morborum genere, euentura præſcire, ut propoſitum conſilium perſoluamus, deinceps exponamus eſt opus. In morbis itaque uniuerſim ipſam prædicendi methodū tradituri, quodnam merito in his futurum prænoſcendum ſit, primo

omni-

omnium venit proponendum; Illud verò vnum eſt, an nè qui preſens morbus eſt, aliquando ſit terminaturus; Vtique ille terminum nullum habet, ſed penè integro vitæ curſu hominem comitatur ad mortem vſque, de quo ſanè tunc temporis ſcire ſat eſt, an toto vitæ curſu eundē penitus, quem iam accepit, ſeruabit eſſendi tenorem, vel miteſcet potius, augeſcetvè, & in deterius ægrum perducet; Quod ſi eius generis morbus fuerit, qui finem aliquando habere conſueuit, omninò exitus ratio prænoſcenda eſt; an porrò ſalus expectanda ſit, vel malus mors neceſſariò metuenda; quippe, niſi morbi finis conſtet, omninò quid agendum, non niſi imprudenter decernatur; Nam ſi lethalis exitus immineat, vel remedia nulla conueniūt, vel à generoſis ſaltem abſtinendum eſt; ne fortè quoniam tunc nil vel minimum prodeſſe potuerint, apud vulgares ita ſuam auctoritatem cū Medico perdant, vt alijs poſtea, quos iuuare nata ſunt, preſidio eſſe nequeant; Sed ubi morbus ſalutaris futurus iam habeatur, qui attamen poſt naturæ beneficium, artis adhuc opem expoſtulet, nè eius defectu inſperatus exitialis exitus præſtò ſit, iure, obſeruatis naturæ modis, poſtulata remedia ex arte parantur. Atqui præterea quidquid horum ex præſenti malo expectetur, vltrò illius tempus prænoſcendum eſt, quandoquidem Medico ægrum moriturum preſagiri ſat non uideatur, ni deinceps quo tempore, breui nè, an longo, lethalis exitus

fuerit

fuerit venturus, inſinuetur; Ita quoniam ægro opportunis adhibitis refectionibus, uitæ prorogationi plurimum opituletur; aſtantibus autem maximè, non pauco ſui, & artis honore, vel ipſa præſagij veritate, ſatisfiat: Quod ſi contra certa ſalutis inditia præmonſtrentur, nè eo in errore verſetur Medicus, vt ſe naturę miniſtrum non agnoſcat, ſed quæ potius naturę partes eſſent, aliquando ita pręripiat, vt hoc pacto illam a ſuis muneribus diſtrahat, impediatvè, & deſideratam morbi ſolutionē perturbet; meherclè, quo tempore morbi ſolutio expectanda ſit, omni conatu perquiret.

Verum enimuerò, quicunque, & quandocunque futurus ſit ipſe ęgri exitus, ex quo profectò ille nondum ſit, ſed expectetur, ideoq́ minimè pręſens ſit, ſed omninò futurus exiſtat, fit, ut ſub ſenſum cadere non poſſit, cui ſcilicet vel ſola præſentia ſemetipſum, quoad ſentiri poteſt, patefaciat Attamen cum, vt dictum eſt, neceſſariò pręnoſcatur, conſequens eſt, ut mente compręhendatur, ut inquam ex pręſentibus iam tandem perceptis notionibus, de illo quod quęritur, & nondum perceptum eſt, quadam veluti earūdem notionum neceſſaria connexione, percipiatur. Cęterum, de re latenti ex cauſis, & effectis, accurato mentis intuitu, coniecturam facere, omnium conſenſu datum eſt; quod ex effectis cauſa colligatur, & ex cauſis effectus; vt enim alterum ad alterum refertur, ita alterum ab altero demonſtratur; ex ipſis idcirco

expectati

expectati exitus cauſis, & effectis, ipſummet exi-tum preueſtigabimus, quia vel exitus facta, quorũ ipſe cauſa eſt, illum patefacient, vel exitus princi-pia; vnde ille procedit, eundem oſtendet; Aut fu-turi igitur exitus facta, aut eiuſdem principia, no-bis preſagium expetentibus, meditanda ſunt. Sed cum rei future effectus nondum ſint, ut nec ipſa futura res eſt, nequeunt propterea nobis notitiæ quidpiam ſuppeditare, cum magis illi obſcuri, & abditi cenſeantur, quam futura res ipſa, cuius ſunt effectus. Sequitur ideo, ut ex cauſis duntaxat inditia futurorum depromantur, utq; ex eiſdem exitus egrotantium preueſtigetur: Ex cauſis puta efficientibus, in quibus exitus ipſe cõditus eſt, non ſecus atq; in ſeminibus vis rerũ ex his generanda-rum cõtinetur; Ex his attamen, ut preſentes ſunt, actuq; agunt, de exitu morbi coniecturam facere licet; cum hac ratione dumtaxat ipſius exitus ve-ræ cauſæ ſint, ipſumque talem, nec prorſus alium; vt puta iam inceptum, futurum eſſe oſtendant; Nam ut ex inchoato herbarum exitu, futura ſege-tum fecunditas facilè præcognoſcitur, ita ipſe fu-turus morbi exitus, ex actu efficientibus cauſis fa-cilè auguratur; Atqui efficientes cauſæ hæ, ex qui-bus exitus ipſæ prouenit, præcipuæ ſunt; Naturæ robur, vna cum eo quod illi præſtari poteſt artis au-xilium; & morbi ſeuities, vnà cum eiuſdem cau-ſarum, ſimptomatumque malitia; Hec quippe in-uicem actu, ſpectantibus nobis, bellum conficiat;

Qu-

Quod morbus ille ſit, qui nos perdere contendit; In aduerſum verò illi natura reſurgat, & pro ſalute cum morbo luctetur; attamen ne ipſa fortaſsè aliquando ſuccumbat, adiutrix ars medica opem fert; veluti contra morbi ſeuities, ex cauſarum, ſimptomatumq; pernitie creſcit, adeo quod quẽadmodum gimnaſtes cum luctantes intuetur, ex impetu, ac vi vtriuſque diſcernit vtriuſuis ſit futura victoria; ita Medicus cum in ægrotante pugnantes, inter ſe naturam, artemque, cum morbo, ac ſimptomatibus, cernat, præuidet commodè, ne ſuperandus ſit morbus à natura, an hæc ab illo, & non ita paria ſint omnia, vt nec naturam morbus, nec morbum natura vincere poſſit; Nam ſi morbus ita magnus exiſtat, vt nec illi pro viribus natura aduerſetur, parum præterea, aut nihil, ars ipſa poſſit, vigentibus adhuc ſimptomatibus, cum cauſæ malitia, neceſſariò mors inde ſuccedet; Contra, ſi morbus lenis, minimusq; fuerit, tum ex ſe, tum ratione cauſæ, atque ſimptomatum, qui uel ipſo naturæ agentis robore, vnà cum artis ope, ſit diſſipaturus, integram omninò licebit ſanitatem expectare: Atqui paribus omnibus exiſtentibus, in eodem ferè ſtatu hominem permanere, quo ad alterutrũ uincat, credendum erit: Quamobrem, morbum quidem cum cauſis, ac ſimptomatibus exactè perpendere, conditionemque propriam, præſentem maximè cum futura comparatam, vt de eo præſagire liceat, examinare opus eſt: Veruntamen ulte-

rius naturæ inſiſtentis robur, tum præſens, tum futurum, acri indagine expendere operæpretiũ eſt: etſi alterum quod eſt adiuuantis artis uis, ſiue poteſtas, ſummoperè obſeruandum uideatur; cum ex his maximè præſentibus, & futuris, inuicem comparatis, nec aliàs, præſagia ęgrotum omnium, non eorũ inquam futuri boni, maliuè exitus dũtaxat, ſed tarditatis quoque uel celeritatis eiuſdẽ, deducantur: Namque vt ex morbi, cauſarumque eius, atque ſimptomatũ vi, perniticioſus exitus expectatur: ex naturæ uerò, & artis robore ſalubris ille inſinuatur: ita etiam pro morbi, ac roboris magnitudine (quatenus ea tamen magis aut minus ſuo impetu urgeat) quæuis temporis differentia, celeritatis nempè, uel tarditatis, ad utrumuis, eluceſcit: puta, ſi uirium robur, morbo comparatum, debile, languidumque fuerit, morbus autem magnus ſit, a quo perinde natura plurimum irritetur, utique non lethalis ſolum exitus continget, uerũ ultrò quam celerrimè: At ſi fortaſsè morbus mitior ſit, uiribus ſcilicet minus infeſtus, à quo illæ nihilominus afflictæ tandem depreſſuræ ſint: ſanè exitus, qui lethalis, neceſſariò diuturnior erit: Contra uiribus exiſtentibus robuſtis, atqui etiam morbo potenti, a quo illæ potenter irritentur, ut non tamen ſuperaturæ ſint, uelit, nolit, exitus, qui ſalubris futurus eſt, cito expectabitur: Sed morbo exiſtente mediocri, mediocriterque moleſto, ſemper tardè ſalus aduenict: niſi fortaſſe paruus adeo

morbus ſit,qui facile virib⁹ validis ſuperari queat. Sed cum omnia hæc non niſi ſumma adhibita diligentia, & acri admodum ingenio, poſt longum rerum vſum, à nobis aſſequi poſſint; ob id qui rectè, ac tuto præſagire percupiet, inditia primum omnia rei quæſitæ propria, eidemque conſtanter inhærentia, iuxta communia ſignorum præcepta, in unum diligenter colliget, mox uerò collecta, quantum ad ſignificandum roboris habeant, exactè perpendet, vt demũ ſingulis ita collectis, aptèque perpenſis, & ad ſe inuicem comparatis, pro uincenti teſtimoniorum ſignificatu, tutum, & rectum de euentu iuditium ferre, opportuno tempore, valeat.

Siue itaque ex morbi inſiſtentis ui, ac poteſtate, vnà cum cauſis, & ſimptomatibus; ſiue ex reſiſtentis naturæ robore, vnà cum artis medicæ adminiculis, teſtimonia ſignificationis colligantur, illa ſemper plura, & bona, & mala, & mediocria eſſe poſſunt, atque demum per gradus, a ſummo tàm bonitatis, quàm malitiei, ad vltimum vſque, inter ſignandum ſe habent; & porrò triplici potiſſimum ordine deſignata, quia vel primo, numeri pluralitate valent, puta quod alijs numero ſint maiora; vel ſecundo propria qualitate, conditioneq; poſſunt, qua ut ſuper alia magis, aut minus excellunt, ita ſuper alia, magis, aut minus ſignificant; & denique tertio, propria magnitudine, vnde illa, quæcunque fuerint, maiora, validioraque cęteris

æſtimantur. Numerus facilè colligi poteſt, cum ea omnia in vnum colligere, minimè ſit difficilè, quæ uel morbi inſiſtentis vim, vel naturæ reſiſtentis robur oſtendunt, & inſuper, ne hęc plura ſint, quam illa, intueri. Qualitas ſatis etiam patet, ſi repręſentatæ rei dignitas, atque prę ſtantia accuratè animaduertatur; hoc eſt, ſi rei, cuius ponderatur qualitas, magis, minusvè, naturæ, vel morbo fauens extiterit; Ita enim ſignum ex re huiuſmodi ſumptum, qualitate ſemper, magis, vel minus, cætera antecellit. Magnitudo autem eſt conſpicua, ſi vniuſcuiuſuis ſigni ſignificatio, cum ſignificatione eiuſdem generis comparetur in eodemmet ęgroto; Namque tunc vt maior, minorq; apparet diſceſſus a recto, ita etiam magnitudo ſignificandi certa colligitur. Quare ipſis quibuſcunq; ſignis, tam uirium robur, quàm morbi ſeuitiem indicantibus, ordine iſto collectis, diligenterq; examinatis, eorundem omnium adinuicem comparatio facienda reſtat, ex qua iure teſtimonia decernantur ad iudicandum idonea: Quippè ſi vnú, uel alterum, quæcunque ſigna portendant, illudque concordia communi denuntiët, prędictio eui dens omninò reddetur: Sin uerò contra, uidendum quę plura, quęque tum qualitate, tum quantitate fortiora ſint: Siquidem aliqua alijs quomodocunque fortiora, pluraque fuerint, de re ipſa per ea indicata tuto credendum: Contra uerò ſi alia numero, & uiribus uincant; Quod ſi ſaltem numerus

merus par fortè reperiatur, utique quę maiorem uim habēt, prędictionem indicant: Quod ſi ęqualis ſolum ſignorum uis fuerit: maior numerus certa futuri pręber inditia: At ſi alia alijs permixta, ui, & numero paria uideantur, exercitato in artis operibus uiro opus eſt, qui ea ſępenumero ſit contemplatus, quique latentes adhuc quodammodo uincentis uires, & quid in ſingulis morbis præualeat, diutina obſeruatione, prænouerit.

Cæterùm, quoniam ut plurimum euenit, quod dictis licet examinatis, comparatisque ad inuicem omnibus, nec ſtatim attamen ꝙ præualet, quodq; inde futurum cenſendum eſt, nobis certò eluceat, uel ex quo uarius ęgrotantis eſt progreſſus, quo tū morbus cum ſimptomatibus, tum ipſa natura cum arte, ſeſe multifariam explicant, ut uariè conſequēter, utrorumque ualiditas, uel imbecillitas, inde pateat, ac uarium ſimiliter uirium, & morbi certamen, eodem progreſſu toto, ſeſe ſpectabile fiat, quod nempè inditia aliqua ſæpè ſint, quę talia, aliàs uè nunc, quæ tamen poſtea nuſquam (ob rerum in ipſo mali progreſſu contingentium uarietatem) talia, aliaque eſſe ſoleant, ut contra ſunt alia, quæ ſemper eadem, quæ inquam unum, aut alterum, aut maius inter utrunque medium ubiq, docent; Hinc ideò, ſi modo rectè præſagiendum ſit, tempus ipſum morbi, quo conſtantia, uel inconſtantia ſignorum omnium obſeruandorum pateat, à Medico prænoſcendum eſt: Siquidem ſigna, quæ fir-

ma, ſtabiliaque non ſunt, à prædicendi arte excluduntur: non item quæ contra ſe habent. Hæc quoniam ſemper (niſi ęgrotantis, alteriusvè rei cuiuslibet error interponatur) quod futurum eſt, euidenter demonſtrant; adeò quòd quoties imminẽtis mutationis, & uarietatis ſuſpitio nulla ultrò habeatur, quoniam ita ſecundum rationem confirmata omnia ſint, vt neutiquam aliàs eſſe queant, toties ſine dubio ex ſignorum euidentium conſtãtia, quid de ægro futurum ſit, tutò, certoque pronuntiari poteſt. Tempus autem morbi non eſt aliud, quam morbi mutatio, atque progreſſus, quo à ſui ortus initio ille ad finem vſque ægrum uariè afficit; Vnde illud quadruplex eſſe poteſt; Principium nempè, Incrementum, Status, & Decrementum: quoniam quatuor dumtaxat effatu dignæ, ſenſuque perceptæ, uniuerſim in morbo mutationes eſſe poſſint, quarum uidelicet uiciſſitudine, omnem morbi decurſum metiri neceſſe ſit; Incipit ſiquidem morbus, & ſui ortus initia profert, mox uerò cum ſummum nil confeſtim attingat, ni prius increſcens ſuam perfectionem acquirat, augeri idcirco, & increſcere ad ſummum ſtatum vſque neceſſe eſt: Statutum autem terminũ morbus nactus ſi fuerit, perinde quod ille in ſummo uigore iam ſit, quoniam ultrò uiolenter in eo conſiſtere nequit (ſiquidem ſalubris futurus ſit) à ſummo mox uigore ſeſe remittens, ac ueluti deferueſcens, declinat, uſquequo, parta ægrotanti ſa-

lute,

lute, prorſus eſſe deſinat. Itaque cum ad habendam ſignorum in præſagio deſideratorum conſtātiam, tempora hæc omnia morbi adamuſſim recognoſcenda ſint, profectò quatenus recognoſcantur, aduertendum eſt. Dum morbus ſenſui ſubijciatur, omnia itidem tempora eius vel ipſo ſenſu dignoſcuntur: eo quippè cernatur morbus primū incipiens: demum augeſcens: poſtea uigens: ac dein inclinans: Neque tūnc ultrò rationibus eſt opus, quibus hæc pateſiant: Sin uerò morbus in recondito latens, abditus ſit, ita ut mente dumtaxat ex ſignis percipi ualeat, vtique ex ſignis ſimilem differentiam repræſentantibus, ſingula quæuis illius tempora eluceſcent. Signa autem hæc, vel ex cauſis, principijſque temporum deſumuntur, aut ex effectis tempora ipſa in ſequentibus, colligi poſſunt. Attamen, quia vt principiorum horum notitia habeatur, quatenus porrò temporum ſunt principia, expreſſa quædam operationis eorū repræſentatio deſideratur, que omninò in morbis obſcuris haberi non poteſt, ob id meritò ex effectis dumtaxat, horum quatuor temporum, veram habere notitiam tentandum eſt. Quare effectus cum ſint quotquot morbum conſequuntur, vtique dum morbus incipit, leuiora ſunt omnia; quia illa tunc quoque incipiant, adeo quod vſquequo talia ipſa durant, eouſque etiā ſtet ipſum mali principium, quod propriè eſt tempus, in quo morbus quidem adeſt, ſed eiuſdē exacer-

batio nulla videtur, quod videlicet morbi perni- ties ſeipſam nondum oſtentet, necdum valdè naturam ad bellum prouocet, ſed impeditam eam ſolum quodammodo reddens, ab operibus conſuetis aliquantulum retrahat. Vbi verò iam paulatim increſcens, ægrum grauius affligat, & ad bellum naturam valentius excitet, tunc ſine dubio morbi incrementum adeſt, tunc quippe effectus morbi omnes grauiores, & ſeuiores euadant, ex quibus omninò incrementum ipſum innoteſcit. Atqui dum æqualia omnia ſunt, & ſibi ipſis etiam quam ſimillima, ac in eodem ſtatu permanentia, perſeuerantiaque, licet grauiſſima omnia ſint, ægrumque grauiſſimè cõflictantia, quia magna, quæ vnquam fuerit, inter morbum, & naturam, pugna reperiatur, tunc morbi ſtatum adeſſe clarum eſt. Declinatio verò, quæ ipſius morbi remiſſio eſt, & poſt partam de morbo victoriam, ad ſalutem uia, tunc ſanè adeſt, cum mitiora fiant omnia, eaque tardius, ac ſegnius occurrant, cum manifeſta ſalutis ſpe, & naturæ leuamine: Ita enim, nec alias, quatuor ipſa tantopere celebrata morborum tempora colliguntur; etſi dierum quibus concluduntur numerus, in varijs omninò uarius ſit, nec in cunctis conſtans eſſe conſueuerit, ſed aliquando multus, & aliquando paucus, pro morbi longitudine obſeruetur. Hæc autem morborum tempora, cum ad conſtantiam, uel inconſtantiam ſignorum colligendam, vt denique de re propoſita

preſa-

præſagium certum proferatur, obſeruanda ſint, vtiq; quod nam ex his idoneum ſit,& huic obeundo muneri aptum, ſeligendum eſt. Etenim quamuis interdum ipſo ſtatim morbi principio Medicus de futuro ægri exitu coniecturam facere facilè poſſit,vel puta ex iam pridem cognita morbi natura, vel item ex ſimptomatum ipſum comitantium ſpecie, validitateque, accedentibus ultimò reliquis particularem morbi motum, atque progreſſum eius, per idem anni tempus, & regionis conditionem, indicantibus; quamuis inquam ex his futurum morbi exitum ſalubrem,aut lethalem, breuem,aut longum,aliumvè ipſo morbi occurſu, ſatis pro uoto, Medicus interdum colligat; tamen cum per morbi initia naturæ reſiſtentis, & morbi inſiſtentis, nondum pateat firmitudo, ſiue conſtantia, vnde potiſſimum ægri præſagium deducatur, quia nempè tunc nondum tantum malum uideatur, quantum dein fortè fortuna futurum; vigeat autem adhuc ipſa natura, quæ fortaſsè poſtmodum omninò ſuccumbet: tunc temporis ideo à præſagio prorſus abſtinendum; At in ipſo morbi incremento, cuius progreſſu, naturæ, ac morbi poteſtas metiri ſatis commodè poteſt,vt potè quæ tunc vtriuſuis maior fuerit, euidentius conſtet, de ipſa exitus conditione,& de diſtantia præſertim eius euentus,licet certius coniectari. Conſtanter etſi tunc de illa, quoad bonitatem ſaltem, ſiue malitiam exitus, ſententiam ferre adhuc te-

metarium videatur: quando interim plura imminent, quorum ui, alius, atque alius, ille expectari omninò poſſit. Sicuti præſertim eſt morbi commutatio, per quam nouam naturam adeptus, nouam ſimiliter ſui exitus conditionem autumat. Hæc ſiquidem cõmutatio pleramque morbi augmento fit, quo iam pridem morbus cum natura pugnam aggreſſus, impetum multiplicem pati conſueſcit. Igitur ad finem uſque incrementi, vel ad ſtatum ipſum, de exitus bonitate, aut malitia, retardandum iudicium eſt; quod ſine dubio tunc certitudo illius preſtò habeatur, quia inquam túc ſolum, nec uſquam antea, tum omnimoda morbi conditio in apertum ſeſe dederit, tum naturæ ipſa poteſtas, qualis & quanta ſit, palàm apparuerit, ita ut nihil ultrò utrinq; immineat, quod iam factum iudicium perturbare aptum natum uideatur. Vtcunque autem res ipſa ſit, hoc unum nihilo minus ratum, firmumq; ſemper in omnibus ſit, nempè iudicium, quamquam ex certis apertis coniecturis effectum, cautè tamen ubique illud exponendum, quando nunquam firma, ſtabiliaq; adeo ſint omnia, quin, vel nouo ſaltem errore inter curandum commiſo, eadem omniquaque deficiant.

DE

DE NATVRA INPRIMIS AGITVR, quæriturq; quid ſit; & vnde illi robur, demum autem quatenus idem ex cauſis innoteſcat.

CAP. II.

CVm ergo ea à nobis iampridem poſita ſint; ex quibus ægrotantium exitus pendet, ita ut ex illis iuxta ſe poſitis, & inuicem comparatis, de futuro quouis morborum euētu meritò præſagiri datum ſit; Nempè morbus, cum ſimptomatibus, vnde ægrotanti continuò, ad necem uſque, inſidiæ moliuntur; Præterea, inſiſtentis naturæ uirtus, roburvè, cum requiſitis Medicæ artis auxilijs, quibus, tanquam ex arce, miro ingenio, aduerſantibus morbis, repugnare, obſiſtereque datum eſt. Hęcque illa cum ſint, quorum cauſa ægris cuncta proueniunt, vtique ſpeciatim omnium deinceps aggredienda tractatio, & quatenus horum unumquodque æſtimandum ſit, quibuſque notis tale nobis eluceat, perpendendum. A Natura verò, tanquam à qua primum, ut operis, ita meditationis, pendet occaſio, ſermonem ordiemur, & quantum in ægris illa præſtare apta ſit, ac ex quibus demum talis dignoſcatur, demonſtrabimus. Eſt porrò Natura principium primum, quo nos homines geniti, omnia

dein opera, & uitæ præſertim, exercemus; quibus non ſolum integra noſtri conſtitutio viget, & inſtauratur, verum adhuc illa mirum in modum ab omni morborum occurſu perſeruatur, quando nobiſmet in lucem prodeuntibus, ut præſcriptam aptæ conſtitutionis mediocritatem conſequamur, conſequutamque conſeruemus, perpetuò natura hæc, ex ſe, quaſi alias Doctore inſtructa, pro neceſſitate, ſingulis ſingula ingenioſiſſimè, opportunèque miniſtret. At quidnam tandem hęc ipſa natura ſit peruestigantibus, anima ipſa noſtra in mentem venit, à qua cũ eſſe primum habeamus, meritò etiam opera in nos cuncta manare veriſſimum erit; Per animam etenim ipſi uiuere uideamur, vereque homines eſſe credamus, quod per hanc uiuentes munera exequamur plurima, quæ morte cõſumpti, anima nempè decedente, ne minimum quidẽ attingimus; Argumẽtum ſanè munerum horum non corpus noſtrum efficientem cauſam haberi, ſed ineſſe quidpiam uiuentibus nobis, animam ſcilicet ipſam, quà demortuis pręſtantiores ſimus, atque potentiores; ita ut quod nobis perpetuò per uitam inſidet, nec uſquam deſerit, ſed primò noſtri gubernacula tractans, partes omnes in ſuum quodcunque opus ducit, & concitat, vt ſimul omnium functionum cauſa cenſeri debeat, anima noſtra ſit, quæ & rationabiliter natura nuncupetur. Atque res cum ita ſe habeat, anima autẽ iam dicta opera in corpore ſolũ exerceat,

ceat, ſine quo ab his illa prorſus otioſa manet; Corpore ſiquidē veluti inſtrumento ad eā proſequenda vtatur, adeo quod niſi aptè illud conſtructum, ſimetraque proportione conſtitutum exiſtat, opera ipſa manca, & multifariam deprauata cernantur; Profectò mirum videri non debet, ſi quamquam in omnibus eadem ex æquo anima eſt, in ſingulis tamen operationes eędem, & ſimiles non obſeruentur, quoniam corpus animę, operumque inſtrumentum nunquam in omnibus idem, ſeu potius ęqua diſpoſitione compactum, reperitur, vt ſcilicet neceſſariò vbique ſimiles proferat actiones. Cęterum, hinc cum perfectiores, & meliores homini ſemper operationes eueniāt, cuius corpus ea ſit moderatione conſtructum, quæ prę alijs ſimetræ proportioni, ad exquiſitè operandum, magis accedat, utique ſequitur, vt quandocunque id obſeruari contingat, tunc itidem liceat aſſerere naturam in eo potenter, & validè operari; contra, imbecilliter, & languidè, ſi res aliās ſit; Itaque, vt melior, deteriorvè corporis noſtri cōſtitutio, validiorum, imbecilliorumvè naturæ operum radix eſt, & potiſſima cauſa, neceſſariò ex eadem conſtitutione, naturæ uires, quaſi effectus ex cauſa, ęſtimādæ ſunt. Spectat autem cōſtitutionis bonitas tam ad partes ſimilares, quam ad diſſimilares, vt alibi dictum eſt; amat enim ſimilares proportionatum ſuarum qualitatum temperamentum, amant pręterea diſſimilares figuram, & formam propriam, pro-

propriam magnitudinem, inſuper & numerum, cum ſitu cõuenienti, atque demum omnes ſimul ſibi inuicẽ mutuò ſe fauore proſequẽtes, in unum harmonicum cõcentum uniri ita deſiderãt, vt ferè nuſquam iuſtum ſimilarium temperamẽtum, citra rectam diſſimilarium conformationem, & contra, eſſe poſſe certum ſit. Quapropter, ex omnium corporis partiũ ſimetria, tandemq; ex totius corporis conſtitutione, naturæ operantis robur diiudicabitur, etſi iudicium penes temperamentum ſimilarium certius cenſeatur, vtpute, quod bona, vel mala partium ſimilarium conſtitutio magis ad robur faciat, quàm illa diſſimilarium, quoniam hæc referatur ad illam, hoc eſt, ad mediocrem. Verum quęcunq; hęc ſit conſtitutio, ea ſanè nos omninò ſua pręſentia latet, quòd nempè lõgè à ſenſibus illa diſtet; non niſi igitur mente varijs coniecturis, ex effectis, & cauſis, à nobis concipi poteſt; A cauſis autẽ ſumpto principio, illas dicimus eſſe, Parentes, Patriam, & Educationem; ab his quoniam primam conſtitutionis noſtræ originẽ pendere experimento compertum videatur. Etenim ex robuſtis, validisq; parentibus, ſemper ferè aptè cõſtructũ, ac perinde robuſtũ, validumq; hominẽ procreari certũ eſt: nempè quod homo ex eorum ſemine fiat, quod quamquam re, uera non eſt homo, hominem attamen in ſua continet poteſtate, atque ad inſtar illud frugum, quod Agricolæ ementem facturi, purum, & ſętum ſeligunt,

experti

experti frugem malam è marcido percipi, ſi ex benè compoſitis, ideoq; robuſtis parentibus decidat, omninò ſimilem hominē profert, ſcilicet, ſimetra cōpoſitione confectū, & ualenti natura donatum; Contra, ex praua cōſtitutione ꝑditis, & imbecillis. Parentibus accedit patria, quæ quantum inter generandos homines illorum conſtitutioni faueat, facillimum eſt uel ſolo eorum experimento docere, qui longè, latèque orbem peruagati, plurium gentium mores, atque naturas diligenter obſeruarunt: Communi enim conſenſu fatentur omnes, ad locorum uarietatem, homines multifariam varios procreati, ſed natura præſertim, & moribus differentes: atque differentiam à locis ipſis imprimis prouenire; quòd quilibet etiam commodè apud ſuas gentes experitur; Nam qui unius regionis partes montanas incolunt, hi ſine dubio firma ſolidaque conſtitutione donati, uegetiores, robuſtioresque ſunt, & laborum tolerantiſſimi; qui autem eiuſdem regionis partes pratenſes, ac planas inhabitant, ut plurimum contra, tenuiori, molliorique habitu ſunt pręditi, ſegnioreſque perinde, & imbecilliores ſunt, ac laborum minus tolerantes, quod equidem fit non ob unam loci diſtantiam, ſed tum ob terræ, ſoliuè proprietatem, quæ præcipuam ſibi inſitam uarietatem neceſſariò ſequitur; tum ob certum cęlorum aſpectum, vndè aeris differentes oriuntur tempeſtates, ex quibus demum, diuino quaſi numine, tanta proueniunt.

Verum enim verò ſiuè parentes, ſiuè patriam noſtræ conſtitutionis originem poſuerimus; Educatio certè magis, principium eius ſtatuenda eſt, vel ea quandoquidem ſola iampridem inditam conſtitutionem immutare apta ſit; Educatione autem complectimur ea, quæ neceſſariò, præter fortuita, ad uitam deſiderari planum eſt, inter quę primas tenent, quæcunque extrinſecus accedentia ſuo nos ambitu alterant; Deinde quæ intrinſecus aſsumpta, receptu ſuo, nos palàm immutant; & tertio quę in nobis, ex ipſiſmet facta, ſua ſaltem efficientia, nos alios reddunt: Ad hæc namque tria capita, quæcunque ad vitam requiruntur, vt alias indicauimus, facilè reducuntur: Ad primum caput, præter fortuita, deducitur aer, quicunque ſit, quem habeat habitatio; hic etenim ubique rebus omnibus circumfuſus in intima quæque penetrans, non nos homines ſolum, cum reliquis animantibus, ſed & ſolidiſſima quæque, ac inania, quæ aliter ſicco, & aliter pluuio cęlo affici notamus, contagione prorſus immutat; Immò ad noſtri corporis conſtitutionem, & ſimilarem præſertim immutandam, illius vis maior, & efficacior eſt, quam cęterorum; tanta quippè aeris uis eſt per cuncta meabilis; Quare meritò ille, qui habitationis eſt proprius, diligenter examinandus eſt; Namque locus æditus, apricus, ſiccus, & arenoſus, ventis ſpirantibus ſuauiter difflatus, in quo perinde vt plurimum per ſtatum cęli temperatũ,

ad

ad frigidum inclinantem, placidum, & tranquillum, ſerenitas multa redundat, quippè quod aer ibi tota ſua conſtitutione purus, nitidus, tenuis, patens, & liber, nullis inquinamentis obſitus, nulla putredine affectus, nullo uapore malo, aut craſſitie perfuſus ſit; hic inquam locus, ob aerem ita diſpoſitum, & ſalubritatem, & bonam ualetudinē facit, eamque tuetur, nec quidquam corpora permutat, quia nec opprimat, nec diſſipet, ſed uegeta illa, ac valdè robuſta facit, conſeruatque; Cui ſanè contrarius, nempè qui æditis undique montibus ſeptus, demiſſoq; ſolo, ac cauo, arctatus, atque concluſus, nullum recipit flatum, quique ideò aerem humidum, craſſum, ac turbidum, & caligine plenum habet; præſertim ſi propè ſtagni cuiuſuis, aut paludis, vel cloacæ uicinitas adſit, vnde continuò uapores exurgant, quibus illæ varia impuritate polluatur; Hic ſiquidem locus, ob aerem huiuſmodi, vt omni temperamento, omniq; animantiū generi, nedum homini, tum opprimendo, tum diſſipando, noxius, & inutilis eſt, ita meherclè robur ſemper adimit euidentiſſimè; Sicut cōtra qui huic aduerſatur, perpetuò robur ſeruat, atque adauget; & porrò magis, aut minus, prout loci aer, quo fruimur, huic vel illi magis, aut minus aſſimilatur. Sub caput ſecundum, poſt multa cadit paſtus, cibus ſcilicet atque potus, quo continuò ipſi nutrimur, qui ſanè quanquam aere ipſo tardius, ac ſegnius nos immutat; quoniam tamen permanentem,

nentem, ac inhæreſcentem corpori materiam ſuppetat, ualidiùs ideò, contumaciusq́ue nos, quacũque is ſit qualitate præditus, afficit. Etenim cum inter nutriẽdum adhæreſcat, atque perſiſtat, minimè uerò nos, temperamenti ſimilitudine, ſed totius ſubſtantiæ affinitate tantũmmodo nutriat, fit neceſſariò, vt ille, differenti qualitate, qua tã actu, quàm poteſtate, viget, nos uelimus nolimus, ſemper afficiat, & quamuis uentriculo exceptus, in eoque vi caloris infractus, domitus ſit, & inde in inteſtina, in meſenterij uenas, & in iecur demũ elabatur, vbi continuò magis, ac magis infringatur, dometurq́ue, nuſquam tamen prorſus priſtinis ſpoliatur facultatibus, ſed harũ non nihil etiã manet in ſanguine, qui & in uenas maiores, & in minores, & in corporis ſingulas alendas partes effuſus, illas ſuis ille qualitatibus imbuit, ut tandem omnis corporis, partiumq́ue conſtitutio, paſtu ipſo, ex ipſius inquã qualitate, immutari uideatur; etſi adhuc ex eiuſdem optimi quantitate, tempeſtateque vſus, accidenter tamen, & indirectè, idẽ ſæpè contingat, quatenus puta ſi uires ſuperet, & intempeſtiuè miniſtretur, multiplicatis neceſſariò cruditatibus, obſtructiones, & præternaturalia alia non pauca, parit, ex quibus multipliciter temperamentum infringitur; at ſi infra quam par ſit, ille fuerit, quanquam bonus, attamen non id aptè reſarciens, & inſtaurans, quod perpetuò diſſipatur, conſequenter abſumitur, tabeſcitq; corpus, & propriam

priam proportionem amittit, ſummo uiriú diſpendio; Vnde quantò longius à iuſto qualitatis, quantitatis, & opportunitatis ille decedet, tantò ualentius ſimetram corporis conſtitutionem perturbabit; conſeruabit autem ſi mediocritatem obtineat. Tertium caput amplectitur quęcunque geruntur, à nobisque in ipſiſmet continuò fiunt, inter quæ primas tenet tum mētis, tum corporis exercitatio; Etenim dum uiuimus, perpetuò varijs mētis paſſionibus, & corporis multiplici motu exercemur; atq; nos exerceri perfectio noſtra eſt, quippè quod agamus, quod à natura agere nobis datum eſt, ita ut etiam perfectè noſtri corporis cōſtitutioni actio hęc uerè conueniat; Sed ſiue mente, ſiue corpore exerceamur, ſi per exceſſum, & ſupra uires id fieri contingat, profectò nobiſmet ruinam machinamur, quoniam ſcilicet exercitatio, quęcunque ſit, ſpiritibus eget non paucis, hi verò ex defatigatione multa ultra modum exhauriuntur, diſſipanturque, & demum corporis vniuerſi ſimetra conſtitutio deprauatur, deficiente nempè eo, unde potiſſimū illa conſeruatur. Veluti ſimiliter per quietem diuturnam nimis, exercitationis intermiſſio, qualem puta deſidioſa vita habet, non minus lędit, atque ſomnus immoderatior exercitio mentis oppoſitus; Quippe ꝙ ſemper inde corpus fiat ignauum, & mens unà cum ſenſu palàm torpeſcat, ex quo nempè ſpiritus offundantur, opprim iturque, & ad omnia naturę opera ſegniores euadant: un-

F de

de conſequenter totius, ac partium conſtitutio labefactatur, oppreſſo ſcilicet medio, quo illa uigebat; Attamen contra, horum mediocritas, innatæ conſtitutioni, perindeque robori, plurimum fauet, cum per illam tum ſpiritus, quaſi intimis partibus torpeſcentes, excitentur, foras euocentur, & in omne corpus ad naturę munia peragenda diffundantur, tum inſuper diminuti inſtaurentur, quoniam videlicet coctio, alimenti diſtributio, & excrementorum expulſio valenter adiuuetur, vnde quod ex his perpetuò diſſoluitur, facilè reparetur; Quare huic mediocritati quantò propius exercitatio, quæcunque ſit, appropinquabit, eo validius illa integræ corporis conſtitutioni, ipſiq; demum virium robori, aptè fauebit. Verum enimuerò, licet iam dictis his, noſtri corporis educatio comprehendatur, non ex his tamen quomodolibet proſequutis, noſtri corporis conſtitutio trahit originem, ſed ex ipſis tantummodo conſuetis; Eſt porrò conſuetudo actionis, & paſſionis, rei cuiuſuis crebrius repetitæ contracta familiaritas, & ferè adſititia ſimilitudo; Quare hęc ipſa frequenti, longoque vſu repetita, meritò conſueta æſtimabuntur; conſueta autem ea noſtræ conſtitutionis eſſe principium certiſſimum eſt, quoniam quamuis ex illis momento duntaxat corpus noſtrum afficientibus, affectio ipſa per ſumma illius diffuſa inhærens, mutabilis, & inconſtans adeo ſit, quod ſi per ſe, ſolitarięque ſuæ naturæ relinquatur, leuiſſimè

trans-

transfuga, à ſeipſa deſciſcat, & tota quã mox aſcita, & aduentitia, corpore ad ſe, priſtinamque conſtitutionem, redito, exoleſcat; Tamen ſi illarum aſſiduus ſit appulſus, nulloq; puncto temporis intermiſſa adhęſio, ueluti per conſuetudinem fit, neceſſe eſt, ut tum demum affectio inducta permaneat, & conſtitutio antiqua mutetur, ut veriſſimũ eſſe experimẽto ſatis comprobatũ eſt; Et hac pręſertim rõne, cũ poſt reliqua nos uelimus nolimus nutriamur alimentis, quorũ temperamẽtum nuſquã illi quod nobis eſt inditũ adamuſſim ſimile eſt, ſed & ſæpè diuerſum, ſequitur omninò ut inde ſicut noſtri ſubſtantia alia atque alia fit, ſic etiam temperamentum proprium alteretur, fauente pręſertim aere, fauentibusque omnibus, quæ à nobis in ipſiſmet perpetuò geruntur, ut dicebamus; quinimo ex continuato, & conſueto horum alimentorum inhęrentium uſu, & aliorum perenni durante fauore, neceſſarium eſt nos ſimiles prorſus euadere, noſtrumque habitum tandem permutari, nouo ſcilicet adepto temperamento. Neque tamen id repugnat ſanitati; tum quoniam ſenſim, longoque tractu, pro ætate, ac in latitudine ſanitatis, id fiat, etſi extra mediocritatis deſideratæ, fines cenſeatur; tum quia nec ita mutetur antiquũ, vt nouum ſuperueniens, illi prorſus aduerſum, diſſimbolumque ſit, quippe ſi id nõ omninò ſimbolum fuerit, primęuo ſaltem adeo non repugnat, quin etiam ſemper antiqui multa, eaque non par-

ua reſtent veſtigia; & ſanè partium ſolidarum occaſione potiſſimum, quæ ob firmitatem, & robur, vt difficilè diſſoluuntur, ſic difficilè etiam funditus euertuntur; Vnde ſiue cõtrariorum longa conſuetudine, ſiue temporis decurſu, valenter permutentur, primęuum tamen illarum temperamentum ſemper adeo redolent; quod earum occaſione, in ipſum expeditius ſeſe etiam uniuerſum ſępiſſimè referat. Cęterum, res quamquam ita ſe habet, nuſquam attamen ex ſolis Parentibus, Patria, & Educatione conſueta, tanquam ex cauſis, de noſtri corporis conſtitutione, ſubindeq; de uirium naturæ ualiditate, imbecillitate vè, ſimpliciter pronunciandum eſt; Sed habenda ultrò ratio ætatis eſt, quæ etſi principium effectiuum, commutatiuum ſcilicet conſtitutionis non ſit, eſt nihilominus regula, per quam, quantum conſtitutio propria uiribus fauere apta ſit, commodè menſuratur; Quandoquidem nunquam una, & eadem conſtitutio, in vno, & eodem homine, ex eiſdem prorſus efficientibus cauſis iam demonſtratis, inducta, conſeruataque, ab ipſo uitæ ingreſſu, ad exitum vſque, nempè mortem, eaſdem proferre uires apta videatur, ſed neceſſariò fortiores modò, modò debiliores edat; Et huius rei cauſa unicuique à natura inſita eſt, quando ut quilibet exteriorum impetu laceſſitus perpetuæ diſſolutioni obnoxius eſt, ita perpetuò ex ſe ſuę inſtaurationi neceſſariò incumbat, id verò dū aui-

dè

de præſtet, uelit, nolit defatigetur, & ad agendum uiribus omninò debilior fiat; Quare, quamquam interea nutritionis ope inſtauretur, nuſquam tamen toto uitæ curriculo ita ex æquo reparatur, ut ad unguem deperdito reſpondere uideatur, & ut conſequenter à principio ad finem uſque proportionata conſtitutio conſeruetur, quæ ſcilicet uiribus ipſis ut antea bellè deſeruiat. Porrò autem id ipſum uitę noſtrę curriculum in tres pręcipuas ętates diuidi certum eſt, Adoleſcentiam, Virilitatem, & Senectutem, etenim dum naſcimur, nondum ea pręditi conditione ſumus, quàm perfecto, integroque homini natura conceſſit, ſed ultrò augeri, appoſitius conformari, firmioresq; reddi per adoleſcentiam, ad trigeſimum vt plurimum annum vſque neceſſe eſt; Ea verò demũ conditione adepta, certo temporis ſpatio, nos ipſi floridè conſiſtimus, & quaſi ſui vbique ſimili, matura conditione, ad quinquageſimum penè annum, per uirilitatem, fruimur; Etſi tandem ſenſim conditionem eandem amittentes, ingraueſcente ætate, per ſenectutem, reliquis ſubſequentibus annis, in deterius pręcipitemur: Vndè, licet ab ipſa adoleſcentiæ ętate, ab eo inquam ſtatim quod naſcimur, pedetentim reddi meliores, obeundisque vitæ munijs, vel vno paulatim aucto vegetioris virtutis beneficio, aptiorem aſſequi conſtitutionem, experimento credere dignum videatur, cum nihilominus ut rebus omnibus natura conſtantibus, ita etiam homi-

ni, certus conditionis terminus inſit; profectò eò tandem nos homines deuenire eſt operæpretium, quo ueluti noſtri rectè conformata conditio, ſic cōſtitutio rectè perducta, quieſcat, nec ultrò proficiſcatur, vt per ipſam conſiſtentiæ, ſeù uirilitatis ętatem uidere eſt, qua tota cum matura, floridáque conſtanter ómnia ſint, ſuique ferè vbique ſimilia, ad ſenium uſque, fit ut tunc iampridem adepta, quæ deſiderabatur, noſtri conſtitutio, vnà cum exacta caloris copia, iuſtè conſiſtat, palamque ſplēdeſcat; Atqui deinceps ſenſim omnibus gradatim deficientibus, ex quo ſcilicet nobis pabulum ſucceſſiuè deficiat, nec vſquam ſemper æquè inſtauretur, ideò euenit, vt paulatim etiam iuſta noſtri conſtitutio, deficientibus quoque viribus, deprauetur, & ad vltimum ſenium vſque, quod uitam claudat, illa marceſcat. Ergo de naturæ uiribus, ſiue potentia, Medicus inter præſagiendū ex cauſis iudicaturus, parentes quidem, patriam, & educationem conſuetam; ex quibus hominis conſtitutio, cum uirium robore, pendet, diligenter exquiret, ex his attamen, non niſi ętate examinata, aſſeueranter de re ipſa decernet; Quandoquidem ſi bonam, & temperatam conſtitutionem, ex parentibus, patria, uel ſolita educatione, inductam, per ętatem adoleſcentiæ obſeruari contigerit, nulli dubium quin ut ad uirilitatem uſque illa perpetuò melior, atque perfectior fit, ita naturæ robur magis ac magis augeatur; Contra uerò, per ſenij ętatem,

tem, robur decreſcat, etiam ſi temperata, & bona ſit conſtitutio, tunc quippè continuò imperfectior atque deterior illa euadat; Verum cum per uirilitatem conſtitutio ipſa floreſcat, atque conſiſtat, omninò ideò tunc uirium robur floridum, & ualidũ eſt cenſendum; etſi quidem magis deſinente adoleſcentia, quam mox ſenio acceſſuro, credendum uideatur. Quamobrem ſi fortè fortuna inæqualis, & præternaturam undecunque inducta conſtitutio aliqua ſit, ad quam non niſi uirium imbecillitas ſubſequatur, ſit autem ea in adoleſcentia, dubio procul minor aderit imbecillitas, quam ſi fuerit in ſenio; inſuper etiam minor in uirilitate, & ea præſertim parte, qua adoleſcentiæ propinquior opinabitur: Quoniam ut ætate ualidiori, robur facilè ſtat, ætate autem debiliori, imbecillitas, ita ætate ualidiori, imbecillitas minor poſſibilis eſt, debiliori autem, maior. Atque de naturæ potentia ex cauſis, hac ratione inquirendum eſt.

QVATENVS PRÆTEREA
Eiuſdem naturę robur ex proprijs aliquot operibus, & effectis colligatur.

CAP. III.

DE ipſius autem naturæ uiribus ex ſuis effectis iam iudicandum. Ergo ut naturæ humanæ facultates multę ſunt, quibus à conditore ſummo mirificè illa donata eſt, ita certè naturæ eiuſdem multa ſunt opera, ex facultatibus ipſis, tanquam effectus ex cauſis, perpetuò emanantia, quibus proſequendis aſſiduè adeo per uitam, & neceſſariò incumbimus, quod ſine his iure nec homines eſſe, nec ſaltem uiuere ualeamus: in nos quippe inde beneficia tanta proficiſcantur, quanta homini integrè ſeruando bellè ſufficiant. Ex operibus his itaque, ueluti ex humanæ naturæ effectis, de eiuſdem naturæ potentia, roboreq; Medicus iudicaturus, omnia illa inprimis ita diligenter recognoſcet, ut cũ paſſim meliora, & deteriora paſſim, pro facultatis operantis conditione, conſpiciantur, conſequẽter ex his qualis, quantauè ſit ipſa facultatum, ſiuè naturę potentia, clarè ſplendeſcat.

Sunt porrò opera hæc in duplici differentia, ex quo natura duplici potiſſimum fine operetur: Alia

enim

enim ſunt hominis perfectiua: & alia eiuſdem conſeruatiua ſunt. Perfectiua opera dicimus, quęcunque ex certis facultatibus emanantia, eo ſolo proſequuntur fine, ut perfectum hominem reddant, talem uidelicet, qui humanæ conditioni aptè reſpondeat, quæ in eo præſertim poſita eſt, ut inter animantia illud unum ſit, quod mente intelligat, medio tamen ſenſu; moueatur inſuper ad libitum, & ſibi ſimile facere aptum natum ſit: ita ut opera eadem trium meritò ſpecierum cenſeantur; Cognitiuarum nempè, quibus tum mente, tũ ſenſu, homo cognoſcit: Loco motiuarum, quibus progreſſiuè ad motum ille mouetur; Et demum Genitiuarum, quibus cum cæteris animantibus, ſibi ſimile procreat. Conſeruatiua opera nuncupamus, quæcunque ex proprijs facultatibus edita, ad deſideratam corporis humani uiuentis conſeruationem primò diriguntur, quęcunque inquã illud met perpetuæ alterationi, diſſolutioniq; obnoxium, aſſiduè ita præſeruant, reſtituunt, inſtaurantque, vt ſi fieri poſſit, illud ſemper ſibi & ubiq; ſimile ſtet.

Verum enim verò, vt duo ſunt ea, quorum ſummoperè conſeruatiò in nobis expetitur, quorum ſcilicet beneficio uita hominis durat; Nempè, temperamentum, caloris præſertim è corde influxi reliquas qualitates de neceſſitate propter uitam excedentis, & inquam ipſo patẽti, ac libero aeris perſpiratu, qui multiplici tum pectoris, tum arteria-

rum motu fit, qui ſanè poſt idoneam ſpirituũ inſtaurationem, calori ſeruando deſideratur; Præterea, habitus corporis, hoc eſt ſubſtantia, ſeu moles ipſius, cuius beneficio organa actionibus conſecrata ritè conformata cum fuerint, operationibus aptè deſeruiunt; Hic verò per debitam paſtus celebratam attractionem, eiuſdem retentionem, & coctionem aſſimilantem, poſt aſſequutam excrementorum expulſionem, vt ſuo loco dicemus; Meritò hinc duarum ſpecierum opera eadẽ Conſeruatiua æſtimanda ſunt, ex his ſcilicet ſumpta differentia, quorum inprimis conſeruatio deſiderabilis eſt.

Hæc ipſa autem omnia, perfectiua puta, & conſeruatiua naturæ opera, quandocunque ijs ſimilia ſint, quæ naturaliter in nobis eſſe conſueuerunt, ſemper naturæ robur ſignificabunt; quandocunque verò diſſimilia, imbecillitatẽ arguent; Quãquam de naturæ potentia ex operibus his iudicaturus Medicus, nunquam abſolutè pronuntiabit, ſed illorum tantummodo præcognita dignitate, qualitatevè, inſuper & diſſimilitudinis, vel ſimilitudinis magnitudine, & demũ numero, vt iam antea ſuppoſuimus. Etenim conſeruantia opera digniora ſunt, & præſtantiora perfectiuis, vtpotè quæ uitæ prę cæteris faueant, morbiſque inprimis aduerſari certum ſit; Atqui inter eadem primas tenent, quæ inſitum calorem fouent, atque tueatur; in calore quoniam vita ferè contineatur, &

licet

licet per ſpirituum inſtaurationem calor ſuſtentetur, vrgentius nihilominus per vẽtilationem hoc eſt aeris perſpiratu conſeruatur; Namque ſine ſpirituum reſtauratione ille longius durat, ſine uentilatione autem difficilè, vel breuiſſimo etiam tẽpore ſtat: adeò quod etiam motus, qui perfectiua operatio eſt, quatenus ſaltem ad ipſam uentilationem concurrit, fauetq́ue, medijs muſculis, dilatationi, & conſtrictioni Thoracis, eodem gradu ęſtimandus eſt.

Secundo loco habentur opera, quæ corpus uniuerſum inſtauratione fouent, atque tuentur, alimenti ſcilicet attractione, retentione, concoctione, & excretorum expulſione, quibus ſanè quamuis inſitum calidum ſpirituum nutritione tueatur, ſine qua deficerent illi, & ipſum euolaret, cum eoq; uita decederet: attamen propriè magis ex his corporis moles inſtauratur, ſimulatq; morbo, & cauſis eius, acriter aduerſatur, quod profectò magnũ quid eſt, ad uirium robur, minus tamen quam ſit illud, quod operibus priori loco poſitis fit.

Vltimum locum opera perfectiua tenent, quod minus cæteris illa robori naturæ faueant: ea quandoquidem (tactu excepto, qui percipiendis qualitatibus plurimum inſeruit, veluti quodammodo ipsè guſtus) illud agere ſolum videantur, quod calidum inſitum, ſufficienti exercitio, ad ſui conſeruationem potenter exſuſcitent, interim tamen ne idem nimio exercitio, diſſipatis ſpiritibus, de-

ſtrua-

ſtruatur, vel una inſtaurationis occaſione, interdũ neceſſariò quieſcant: Ab his excipitur motus, quâ ſcilicet ratione per Thoracem reſpirationi deſeruit, cuius certè alia, & quidem ſumma, atque perennis neceſſitas eſt, licet ille etiã imbecillus aptè ſufficiat, quaſi nunc uirtus eò tota ſe conferat, id ſolum contendens, vt maximè neceſſarium: Hoc itaque ordine qualitas operum æſtimanda eſt: cæterum numerus facilè conſtat, ideoque quanto ex his plura ſecundum naturam ſint, tanto magis ipſa natura ualet: Contra quanto pauciora ſecundũ naturam erunt, tanto imbecillior eadem natura æſtimabitur. Sed eorum poſt hæc operum, bonę, vel malę conditionis gradus, quanta ſit magnitudo, inde potiſſimum colligi poteſt, vnde operum ipſorum diſceſſus à recto maior minorvè ſit conſpicuus: Conſpicuus autem fit ex modo, quo depravantur; Quadrupliciter namque id illis contingit, ablatè, diminutè, auctè, atque corruptè, auferuntur cum ipſa nulla ſint: Diminuuntur autem, cum parcè nimis exercentur: atqui augentur, cum vltrò quam par ſit, in actum erumpunt: Veruntamen corrumpuntur, ſi perperam, & non ſeruata forma proſequantur. Maius equidem detrimentum eſt, ſi auferantur: deinde ſi diminuantur: Demum ſi creſcant: Si verò corruptè fiant, quatenus ad conſuetum magis, vel minus acceſſerint, eatenus magis, aut minus æſtimanda ſunt.

Latent autem ſenſum vt plurimum opera hæc, ſiue

ſiue illa integrà ſeruētur, ſiue lędantur; Sed mente percipiuntur ex effectis, qui uarij diuerſiq; ſunt, pro uarietate operum; quare, ut eorundem operum qualitas, numerus, & quantitas, ad aſſequendum robur virium prænoſcatur, effectus eorumdem ſenſibiles in vnum colligendi ſunt, ex hisque de operibus mente iudicandū eſt. Atque ab opere conſeruanti, quod calidum per ventilationem, ex aeris inſpiratione, & reſpiratione tuetur, exordientes, ſanè principiò illud ſenſibili motu dilatationis, & conſtrictionis Thoracis procurari; demum verò cordis ſiſtole, diaſtoleque proſequi, ſupponendum eſt; Quando primum oris perſpiratu, aer in pulmones, Thoracis ope, ut diſponatur, auidè protrahatur; Subinde verò ille, cordis, & arteriarum ſiſtole, diaſtoleque, ex pulmonibus, in propria, ad deſideratam uentilationem, liberè perducatur; Vnde hi motus ubi lędantur, pro maiori, vel minori lęſione, ſufficientem magis, minusvè, ſemper docent fieri ventilationem, ex qua vt caloris copia in corde ſeruatur, ſic etiā robur virium vbique propagatur; Verum, inprimis lęditur Thoracis motus, vt aliud quoduis opus, quadrupliciter, ablatè, diminutè, auctè, & deprauatè; Aufertur ferè interdum, quia inſenſibilis ſit, ſed raro, manente nihilo minus uita, etſi breuiſſimo temporis ſpatio duratura, quod tunc illa longius ſeruari nullo modo queat, tuncque ideo ut id quid ex ſe grauiſſimū eſt, calori cordi implantato prorſus

ſus

ſus aduerſum, ita etiam ſummę imbecillitatis vniuerſi certum eſt argumentum; Imminuitur autem ut lędat (raro quamquam imminutione lædit, quia motus admodũ paruus ipſi Thoraci ſufficiat) cum paucus ille, & lenis, plus nimis euaſerit, vt ſcilicet libero perſpiratui non ſufficiat; Vnde quo minor ac lenior, eo maiorem ſemper caloris arguit angorem, viriumque imbecillitatem indicat; Augetur vltrò quam par ſit, cum ſupra propriam magnitudinẽ, & vehementiã maior fuerit, quò certè caſu calori neceſſitas ineſt multa, quippè ille præter naturam fortè excandeſcens, quaſi diſſipaturus, inſueta tunc vẽtilatione ſeruari deſiderat, vndè quo magis ille talis apparet, eo magis languorem & laborem oſtendit. Deprauatur vltimò Thoracis motus, ſi propriam formam pulſationis amittat, quia puta, vel tardus nimis, & rarus, vel contra, celer, frequensque nimis eſt: atque vt modus prior imbecillitatem iam præſentem oſtendit, ita poſterior neceſſitatem ventilationis caloris ſummam, cum labore, autumat; idque magis, minusvè, pro maiori, aut minori motus prauitate. Poſt Thoracis motum debitæ ventilationi caloris inſiti inſeruientem, pulſatio cordis, & arteriarum ſequitur, quæ vel ſaltem tangenti manifeſta eſt, quæ inquam, poſito Thoracis beneficio, ſummè adeo neceſſaria eſt, vt præter hanc calor ipſe innatus, cordi implantatus, nequeat, vel temporis modico conſeruari, quare etiam illa, poſt Thoracis

motum,

motum, iure contemplabitur: ſiquidem quatenus pulſatio hæc extrinſecus patens fuerit, eatenus uentilatio cordis, ac vniuerſi, ad caloris tutelam primo celebrabitur, & qualis hinc demum caloris tutela fuerit, talis etiam erit caloris copia, & virium robur. Ergo patentium arteriarum pulſus quadrupliciter à naturali decedit, ablatè, diminutè, auctè, atque corruptè; Aufertur pulſus interdum, ſi non omninò, adeo attamen, quod tunc vix ſenſu percipiatur, tuncque aut uita, ob imbecillitatem, in ſummo diſcrimine ſtat, aut mox ſaltē euolabit. Sed diminuitur pulſus, quandocunque à propria mediocritate decedat: Decedit autem bifariam, aut cum infra conſuetã magnitudinem, aut validitatem ille ſubſiſtit: Pulſus enim motus cordis eſt, & arteriarum, utque motus certo ſpatio fit, per illudque certo impetu celebratur, ſic pulſus certam inprimis arteriarum magnitudinem, ad quamuis dimenſionem, occupat, certumque demum impetum ſemper habet annexum; quantò igitur in pulſu minor conſueto fuerit ad quamuis dimenſionem extenſio, tantò etiam minor pulſus æſtimabitur; quantò inſuper minor eiuſdem fuerit pulſationis impetus, tantò minor quoque eiuſdem validitas iudicabitur, quod equidem fit multipliciter, tum ſi ictus tactum minus feriat, immo ex tactu facilè opprimatur; tum cum ictus uix ſenſu percipiatur, aut dum ferit, quaſi recurrat, & ſaltet, nec firmus ſtet;

ita

ita porrò diminutus pulſus eſt, & quanto magis talis, tantò maioris erit imbecillitatis argumentũ; Augetur autem pulſus perperam, ſi vltra conſuetam magnitudinem, & validitatem, ille exceſſerit, quod fit, vel ſi ad quamuis arteriæ dimenſionẽ ille ſe nimis extendat, vel ſi inter pulſandum, valdè nimis vehementem, validumque ſe proferat; Etenim ille tunc non niſi exceſſum præternaturalem caloris euidenter oſtendit, excadeſcentiã nempè eius, ob quam, ut tueatur, ſummam uentilationem omninò deſiderat, ac perindè vires perperam affici, & labefactari docet, & tantò certè magis, quantò magis pulſatio aucta præter conſuetum fuerit. Deprauatur ultimò pulſus, cum propriam, conſuetamque pulſandi formam, qualitatemvè non ſeruauerit; qualitatem inquã eius, quæ in menſura, & ordine tãtum collocatur: Pulſus enim motus quidam eſt; menſuratur autem motus tempore, ita ut vel breuis, uel longus exiſtat. Ordinatur præterea proportione, vt demum æqualis, vel inæqualis appareat; Deprauatus itaque pulſus, vel feſtinus, & celer eſt; aut mauis tardus, & lentus: Celer enim eſt, qui breui tempore arteriam diſtendens tactum ferit; Tardus autem, & piger, qui longo ſolum tractu mouetur, & pulſat: Ergo ſi pulſus tardior, vel breuior ſit conſueto, hic ſine dubio deprauatus erit: Similiter ſi inordinatus, & inæqualis fuerit, aut ſaltem diuerſum à conſueto ordinem, & æqualitatem habuerit,

rit, puta quod pulſatione, & ictu, modo maiori, modo minori, modo vehementi, modo remiſſo, modo item tardo, & celeri modo, aliovè ordine, quam conſueuerit, tactum feriat: ita enim inæqualis, & inordinatus, perindeque imbecillitatis virium index iudicabitur. Cęterum vtcunque motus hi, Thoracis uidelicet, cordis, & arteriarum, qui operis ventilationis caloris noſtri conſeruatiui effectus ſunt, à conſueto præter naturam aliquando deceſſerint, hoc eſt, uel ablatè, vel diminutè, auctèque, & corruptè, perturbentur, certum eſt tales eos iudicare Medicum nullo modo poſſe, niſi primum in eorum moderatorum cognitione, qui cęterorum lex ſint, atque menſura, diligenter ſit verſatus, vt horum reſpectu, differentias omnes vtrinq; iuſtè conſtituat; Atqui non moderati illi quęrendi ſunt, qui nuſquam alio quouis modo nimij extẽt, quorum comparatione cæteri omnes, aliquo exuberantię nomine nuncupentur, iſti quippe non niſi in optima corporis conſtitutione animaduertantur, quæ & temperatiſſima ſit, & prorſus media, quæ nunquam, vel raro cõceſſa eſt; ſed qui moderati ſolum adeo ſunt, quod & pro corporis conſtitutione, & ætate ipſa, vniuſcuiusque proprij ſunt, illi porrò ſupponendi ſunt motus, illique pro regula meritò ſtatuẽdi; Vnde, quoniam in ſingulis quantumuis ſanis, pro vario tamen inſiti caloris robore, diuerſi illi videntur, vt difficilè aliquos aliquãdo reperias, qui à media illa me-

diocritate non cadant, ob id rationabiliter per ſanitatem, vnà obſeruatione, diligenter, & ſtrictè incumbendum eſt, vt conſueti, familiareſque cuiuſuis, Thoracis, & Arteriarum motus prænoſcantur; prenoſcantur inquã non ſimpliciter, ſed quatenus ſua conditione, aut debiles, aut valentes appareant, hoc eſt, quatenus ad celeritatem, magnitudinem, atque vehementiam (ſine tamen externo impellenti: multa enim nobis etiam bene habentibus contingunt, verbi gratia, oris ventriculi labor, animi vehemens oborta paſſio, ſimiliavè, ſpiritus repentinn cõmouentia, ob quæ arteriarum pulſatio, citra virium imbecillitatem, à conſueto decedit: horum autem omnium diligens præcautio iudicanti Medico habenda eſt) inclinarint potius, quàm ad tarditatem, paruitatem, & remiſſionem; Ita quandoquidem poſtea, pro varia inclinatione præſentis à preterito, differentiæ utrinque totius concipiantur. Poſt hæc vt ex motuum horum enarratis differentijs, methodo, & ordine, caloris innati labor, vel languor, & ſubinde virium imbecillitas habeatur, hæc quæ dicentur animaduertenda ſunt; nempè cum uaria motus differentia, ex determinato caloris robore, nec aliúde prouenint, Thorax ideo, cor, arterieque, dũ à mediocri dilatatione, conſtrictioneque, ad debitam ventilationem requiſita, ob excandeſcentem caloré, decedere obſeruantur, eam primum ſibi inter mouendum differentiam arripere, quæ ſibimet facilior,

commo-

commodiorque exiſtens, neceſſitari pro uoto ſatisfaciat; Ea autem celeritatis eſt,ſiue frequentiæ, quia ſi quando calor à iuſto recedat, & ipſam mediocritatem tranſcendat, ſemper celeritatis differentia prima eſt, quæ primum ſe offert, quod fortaſsè illa tum facilior,tum cómodior extet. Deinde verò cum acceleratus motus ſat eſſe nequierit, magnitudo tunc meritò ſuperuenit, per quam dilatatis,Thorace,& Arterijs, maior etiam vẽtilatio, ac refrigeratio fiet; At ſi ultimò validius ipſum calidum ſit, adhuc ultrò motus vehemens habetur, ut maiori ſcilicet impetu, copioſa uentilatio calori vniuerſo condonetur; Contra verò,dum calor ipſe deficiens à mediocri manifeſtè recedat,ideoque in nobis illius copia ſenſim per gradus diminuta compareat: uice uerſa primum, uehementia, & impetus paulatim tunc deficit; Demũ increſcente defectu, paruitas ipſa præſtò eſt; Præterea, ex maiori eiuſdẽ languore illico ſemper tarditas celeritati aduerſa accedit: Etſi vltimò cum ordo,& equalitas quomodolibet aliquãdo deſinit, ut qui nunc languidus eſt motus, mox vehemens appareat, & qui paruus,mox magnus,qui celer,illico tardus,& rarus euadat,iterumque recurrat, nec ordinem ullum, aut equalitatem obſeruet, iam propè tunc caloris extinctionem ſtare,& ſummam imbecillitatem imminere, magis atque minus, pro maiori, aut minori confuſione, conſtabit. Sed quod calori inſito per ventilationem euenire hactenus di-

ctum eſt, illudque motu Thoracis,& Arteriarum agnoſci iam explicauimus, ſimile ferè per ſpirituū inſtaurationem, reparationemvè, euenit, & alia via indicatur: Spiritibus enim calor cordi implantatus ſuſtinetur, quod illis multiplicatis, euidenter calor ipſe uigeat, diſſipatis autem palàm deficiat; Itaque ut caloris inditi copia omniquaque conſtet, ſubindeq; virium noſtrarum robur conſpicuè elucescat, ulterius meritò qualis, & quanta etiam inſtauratio hęc celebretur, ex ſuis effectis perquirendum eſt. Aſſequetur autem certò, poſtquàm totius corporis nutritio ex proprijs factis ſit demonſtrata, ut demonſtrabitur in ſequentibus. Verum enimuerò, hìc uniuerſim ſaltem illa clareſcit, ex quo actiones omnes, præſertim conſeruantes, ubique partium corporis ualentes, vel debiles æſtimentur: Quibus deinde ſi perfectius ſuperaddamus, vt puta quas certum eſt ſpirituum copia ægere non parua, nemini dubium quin ſufficiens caloris, & roboris coniectura ſequatur.

EX ALIIS ADHVC IPSIVS NATVRÆ operibus quomodo robur viriũm pateat explicatur. CAP. IIII.

SEQVVNTVR reliqua cõſeruantia naturæ opera, quibus habitus corporis, ſeu moles ipſa ſuſtinetur, & inſtauratur, unde ulterius, tanquam ab effectis, eiuſdem naturæ robur deducendũ eſt. Sunt autem opera hæc, vt dictum eſt, quæcunque primò ad nutritionem cõcurrunt: Attractio nempè paſtus: Retentio debita eius: Eundemque alterans, & aſſimilans Coctio; ac quæ inutilia excrementa, poſt aſſimilationem, pellit, Expulſio: Nutritio q̃quidem humani corporis operibus hiſce potiſſimum abſoluatur. Quandocunque igitur ea perfectè celebrentur, hoc eſt nutritioni pro cõſueto generosè deſeruiant, ſine dubio robur manifeſtè validum adeſſe demonſtrant; Sin verò contra ſuo illa fine fruſtrentur, nec debitę inſtaurationi ad votum incumbant; imbecillitatem naturæ tunc vigere oſtendunt; atque id certè magis, minusvè, pro meliori, aut deteriori operum ipſorum conditione.

Verum enim verò, vt hæc ipſa corporis humani, per nutritionem tantis celebratam operibus, inſtauratio, res eſt omnium conſenſu in nobis val-

dè mira, ita ſanè illam ſummo naturæ ſtudio, ac diligentia achitectari velimus nolimus cōfiteamur oportet; per eam quandoquidem prǽterquā quod paſtus, qui ad nutritionem deſideratur, delectu ſummo recipiendus eſt, adhuc etiam ille, quicunque ſit, ſua natura, nutritioni non niſi iuſtè ſatiſfacit, quando vlteriorem multiplicemque ſui alterationem fuerit adeptus, qua magis magiſque confectus ipſi nutritioni adamuſſim inſeruiat; quapropter neceſſariò non vno noſtri corporis vaſe, nec vno inſtrumento duntaxat, unoque modo tantum id illi contingit, ſed equidem plurimis, illiſque diuerſis; Etenim primum in ventriculo & inteſtinis, attractionem, retentionem, & coctionem experitur paſtus, vſquequo nempè ille omnibus ſuis partibus æquè ſubactis, vniuſmodi, vniuſque ferè ſubſtantiæ, cremoris ſpeciem quandam præſeferentis, appareat; Inde quoniam expulſis ad ſeceſſum excrementis, quod eiuſdem vtile & alimentitium eſt, opportunè in iecur, per meſenterij venas attractum traſportatur, ibique denuo illud diu retentum eouſque nouum elaborationis opus ſubit, quouſque iteratæ coctionis ope, perfectam ſanguinis naturam adipiſcatur, quando præſertim ſanguis, omnibus melancholicis, bilioſis, & pituitoſis excrementis expurgatis, vnicum corporis humani pabulum ſit, quo illius habitus, & moles inſtauratur; Succeſſiuè namque è Iecore, tanquam ex fonte, per venas, quaſi per riuos,
ſan-

ſanguis ipsè in extremas vſque corporis partes copiosè diſtribuitur, quæ tandem naturali appetitu incitatæ, id ex illo præterlabente liberè prolectant, quod ſibi tota ſubſtantia familiare eſt, atque iocundum, illudque receptum adeo amplectuntur, ac retinent, quod tertio opere celebrato, ſublatis itetum, & expulſis ſuperfluitatibus, ſi quæ ſint, in propriam partis ſubſtantiam conuertatur, & nutriat; Atque hoc ordine, hiſque corporis ſedibus, & modis, opera ad nutritionem requiſita, quibus habitus corporis inſtauratur, conſequenterque robur virium conſeruatur, & viget, attractio ſcilicet, retentio, cócoctio, & expulſio, neceſſariò exercentur; proptereaque Medicus ex his naturæ robur iudicaturus, ne ſuo hoc ſine illa fruſtrentur, vel eundem potius appoſitè conſequantur, diligéter expendet. Cæterum, quoniam in ægro corpore, non tantum nutritio, & inſtauratio ex operibus his expectanda, quantum præterea cauſæ morbi deſtructio procuranda eſt: ſi præſertim ea, humor peccans alicubi corporis reſidens, cenſeatur, qui ut plurimum eſt, hic ille etenim tunc, ut morbus ipsè ceſſet, & à natura uincatur, generoſo eiuſdem naturæ operæ, ſimul & ſemel corrigendus, in modumuè redigédus, uel debellandus eſt, quia non aliundè quam ab eadem facultate, quæ uno caloris inſiti beneficio nutritionem intendit, id habeatur per eam quippè tantum modo humoris alteratio, quæuis, & demolitio, in nobis ſponte cele-

bretur, qua puta ille, prauis aliàs imbutus qualitatibus, naturæ moleſtis, ſuperatur, & uincitur; & ſæpè licet, ob nimiam eius prauitatem, non mutetur, ut pabulum nutritionis euadat, mutatur attamen, ſolum ut naturæ, quoad fieri poſſit, minus aduerſum, & ad inſtar iampridem iudicati excrementi, expellentis facultatis operæ, foras purgandi, æſtimetur; Et profectò id cum ita fuerit, duplicem ſemper operum dictorum finem, medicus, in eorum exponendo munere, ante oculos ſibi proponet; nempè habitus corporis inſtaurationem, & peccantis humoris morbum facientis confectionē demolitionemque: & quidem id, ut, pro uberiori utriuſuis ipſorum præſentia, robur ualidius, uel ſegnius, ex arte cognoſcat.

Exordietur autem ab his quatenus in uentriculo exercentur, in quo primam paſtus ingeſti confectionem natura intendit: Ad iecur demum ſe transferet, in quo ſecunda immutatio fit: & ultimo ad totius habitum perueniet, in quo uera aſſimilatio celebratur. Atque in his ſingulis ſedibus, operum præpoſitorum conditionem examinabit: an inquam illa integrè, & ſecundum naturā exerceantur; (integrè dico, at non exquiſitè; utpotè quod nullibi integritas hæc inueniatur, niſi quatenus ægrotantis illa per ſanitatē propria eſt) an contra ablatè, diminutè, auctè, uel deprauatè fiant, tot enim modis illa a recto decedunt, atque pro ipſo diſceſſu, robur uiriū iudicabitur. Et quidem euidenter

denter ex uentriculo, cuius errores pernitioſi ideò ſunt, quod cum deinceps emendari nulla ratione poſſint, alijs meritò non paucis neceſſariam præbent occaſionem: Attamen euidentius ex Iecore, in quo error commiſſus omnium ſemper peſſimus eſt, ille quoniam non tantum errorum in habitu corporis committẽdorum proxima cauſa ſit, quia ſcilicet ex eo pabulum corpori uniuerſo perperam tunc miniſtretur, uerum ultro aliorum omnium unica ut plurimum radix exiſtat, atque ita bonæ nutritionis defectu euenit, ut non inſtauratis ſpiritibus, uires uniuerſim cadant.

Sed à uentriculi attractione facto principio, eam ſanè quilibet ex ſenſu appetitus agnoſcet, & ut per ſanitatem, in optimis ſignis poſitum eſt, mediocre paſtus adeſſe deſiderium, ita profectò in ægris præſtantiſſimum ſignum eſt, facile ſumere quæ offeruntur, nec oblata abhorrere; oſtendit enim id robur virium, & naturæ operantis validitatem. Atque vbi hoc lędatur, imbecillitatem omninò ſignificat, & eo certè magis, quo maior læſio ſit: Maxima offenſa eſt, cum aufertur ex toto, tunc namque conſtat in ore vẽtriculi facultatem penitus ceſſaſſe, vnà cum ſenſu, qui illi non parum inſeruit: Minorem imbecillitatem monſtrat appetitus imminutus; quoniam talis ex roboris diminutione cõtingat; Verum ille ſi ſupra modum vigeat, quod immoderatum quid circa os ipſum ventriculi doceat, maiorem tunc neceſſariò roboris defectum oſten-

oſtendit; At ſi appetitus deprauetur, quod expetantur aliena,& quæ præter conſuetum ſunt, quoniam id ex prauitate fiat,vtique tunc non amplius robur naturæ manet.

Retentio attractionem ſequitur,qua tamdiu paſtus ventriculo, inteſtiniſq; retinetur, quamdiu iuſtè conficiatur,vnde,ſi ſecundum naturam fiat, quoniam ſcilicet ille citra incommodum, & toleranter complectatur, conijcies validas eſſe naturę vires; Si verò lædatur,imbecillas; Et quidem magis quam per attractionis errorem, cum etiam magis retentio coctioni inſeruiat: Ląeditur autem maximè, ſi auferatur: deinde ſi imminuatur, adeo quod intempeſtina ipſius paſtus retectio fiat; Sed minus vbi protrahatur, puta quod paſtus diutius ſubſiſtat; Longè minus demum ſi deprauetur, ita vt ſolum cum moleſtia ſit.

In iuſta ventriculi, & inteſtinorum retentione opportuna concoctio celebratur, per quam paſtus ingeſtus, primum ita conficitur, vt tum cremoris deſiderati ſpeciem ſubſtantia eius conſequatur, tú ſi aliquibus illa partibus naturæ aduerſetur, facile ſuperetur,in modumque pabulo congruum redigatur; & porrò in ueutriculo, & adiacentibus inteſtinis, ſi ſecundum naturam perficiatur, docet virtutem pro conſueto vigere: ſin contra lędatur, longè multo debilius virium robur adeſſe oſtendit, quam hactenus nos, ex attractionis, retentioniſque defectu, ſupra dixerimus. Lęditur coctio, vel

vel quia ex toto auferatur, uel minuatur; (quod ſi augeatur, id ſemper utiliter fit) uel deprauetur; Aufertur ex toto dum paſtus idonei ſumma cruditas adeſt, quæ cum euidentiſſimum imbecillitatis ſignum exiſtat, neceſſario quando contingat (raro uerò contingit) roboris uentriculi extinctionem præſtò eſſe demonſtrat; Patet autem ex quo paſtus nihil penitus immutatus, ſed qualis pridem fuerat ingeſtus, talis quomodolibet emittatur; Veluti ex parte ſolum immutatur, ſi coctio ſolum minuatur, quę diminutio, ut nequaquam ſummã arguit imbecillitatem, ita neque ex toto uirium robur deeſſe oſtendit, ſed magis, aut minus, prout magis, minusuè, à coctione perfecta paſtus ipse recedit; Veluti facilè etiam pręſentia eorum indicat, quæ cruditatem inſinuant, ut ſunt grauitas, rugitus, tenſio, dolor, & malus denique ructus: Sed tunc coctio in uentriculo deprauatur, & magnam indicat imbecillitatem, quando rectè paſtus non coquatur, nec minus, pro coctionis munere, aptè conficiatur, ſed prauitatem dumtaxat manifeſtã, hoc eſt alienam qualitatum non naturalium affectionem, aſſequatur, ut euidenter ex qualitate doloroſi ſenſus in uentriculo, ex ructu inſuper, aut uomitu, cum ſapore, & odore, patefit.

Attamen euidentius roboris conditio ex his elucet, quæ ex uentriculo, & inteſtinis, per receſſum, facultatis pellentis operè, foras tanquam excrementa eijciuntur: Sunt enim hæc utilium ſuccorum

ibi

ibi locorum confectorum partes, aut ſaltem ex his defectę reliquiæ, quæ cum ab uno, eodemque facultatis coquentis operę conficiantur, elaborenturque, merito hę quales iampridem fuerint confectæ, elaborateque, talem operationis conditionē ibidem indicabunt; Hę ipſæ etenim ſæpè ſecundum naturam ſunt, atque ita plenè confectę ſunt; plerunque autem pręter naturam ſe habent, pet inde que crudæ deijciuntur. Secundum naturam dicimus, non ſolum ſi tales ipſę fuerint, quales per ſanitatem eſſe conſueuerunt: ſed præterea etiam, ſi tales ipſæ ſint, quales per ęgritudinem, quę tunc in uia ad ſanitatem eſt, deſiderantur: præternaturam contra, quæ his ſimiles omninò eſſe deſierint. Similitudo autem, & diſſimilitudo, penès duo, in deiectionibus attendenda eſt; primum quorum eſt ſubſtantia, quæ diligenter obſeruanda eſt, ne ſcilicet pars illa craſſior eſculentorum ſit, quam uentriculus non potuit in iuſtum cremorem conuertere, ſed alterius prorſus rei portio uideatur, quæ aliundè ducat originem, niſi fortè ab humore aliquo, ibidem loci peccanti, morbumque facienti, origo ipſa fuerit, quoniam utriuſuis harum ſubſtantiarum conditionem deiectiones ſapiant, poſſunt tunc eſſe ſecundum naturam: minimè uerò, ſi conditionis alterius ſint, ſaltē reſpectu deiectionum, quæ per primam coctionem in uentriculo, & adiacentibus locis, celebratam, ſecernuntur. Subſtantiam autem talem, uel aliam eſſe cognoſcet,

ſcet, qui tum paſtum aſſumptum antea benè aduerterit, & qui tum ſi aliquis ibi peccet humor, eiuſdem humoris conditionem appoſitè prius intellexerit, facilè enim poſtea ille, per excreta, quid excernatur iudicabit.

Cęterum, cum neq; ſat ſit deiectionum nouiſſe ſubſtantiam, ſed præterea etiam, ne ad uotum illa coctioni reſpondeat, accuratè percipere opus ſit; Inde quoniam propriæ cōditionis ſtatus decernatur, propterea fit, ut ſecundò attendenda diligenter ſint accidentia, quibus cocta, uel cruda ſubſtantia eadem demonſtretur: inter quæ primas tenēt, quæ multis ſunt ſenſibus manifeſta, veluti conſiſtentia eſt: etenim, talem ex coctione deiectiones obtinent neceſſe eſt, qua (dum paſtus nullum uitium adſit, nec deiectionibus ipſis morbificū aliquid admiſceatur) non omninò duræ ſint, ut fluere nullo modo quęant; neque extremè liquidę, ut vix momento contineantur, ſed ita ſaltem conſiſtant, vt conſtanter permaneant, & ſtatum expulſionis tempus expectent, atq; inquam ſecundùm omnes ſuas partes ex ęquo ita ſe habeant, elaborateque ſint, ut ſibi ſimiles (quoad tamen oris permittat præparatio) conſpiciantur, calidi nempè elaborationem vbique æquam conſequutæ, cuius non exiccare, nec eliquare, ſed in vnum duntaxat, citra viſciditatem mediocriter cogere, munus eſt: Ex conſiſtentia ſiquidem huiuſmodi, perfectam pręceſſiſſe in ventriculo coctionem veriſimile eſt;

Ex

Ex tenuiori verò, & inęquali, non item, veluti ex ſicciori, exuſtio potius indicatur. Sed deiectionum conſiſtentiam proximè ſequitur earundem quantitas, vnde ſi hæ ſolius paſtus fuerint, mediocris illa eſſe conſueuit; Cum perfectè concocto paſtu, non niſi mediocria ex eo remaneant excrementa; Veluti contra, plura, ſi imperfectè coquatur. Attamen ſi vltrò, ex peccanti in ipſis primis vaſis ſucco, deiectiones adſint, vtique hę magis, aut minus augentur, pro maiori, minori vè peccatis ſucci copia; verum meliorem, deteriorem vè coctionem præceſſiſſe autumant, pro tolerantia, & ęgri leuamine. Sequuntur accidentia, quæ proprijs ſenſibus percipiuntur, ex quibus etiam facilè coctionis conditio patet: & inprimis quidem qualitas, quæ ſenſu tactus quomodolibet iudicatur, vt, puta calor, frigus vè, & lenitas, vel acrimonia: Deiectiones enim quæcunq; ſint, quæ coctionis opus ſufficienter expertæ ſunt, mediocri quadam caliditate donantur, quoniam frigidæ, coctionem nullam præceſſiſſe oſtendunt: Eædem deinde ſi aptè elaboratæ ſint, mediocrem habent acrimoniam, qua, ſtatis temporibus, citra dolorem, cum uoluptate potius, excernantur; Sed ſi crudæ, quod nullam omninò ſubierint mutationem, ideo lenes penitus ſunt, vel quod ſaltem extraordinariã, acres ideo, & moleſtæ valdè percipiuntur. Ad hæc color, in deiectionibus, ipſam licet ſubſtantiæ conditionem primum oſtendat, adhuc tamen ſecundo

co-

coctionis eiuſdem quodammodo index eſt: Etenim iam aſſumpti paſtus, quicunque ille ſit, benè coctæ deiectiones, ob conſuetam bilis miſcellam, ſubrufo ſemper, vel propè, colore donantur. Quæ verò crudæ ſunt, quia minimum in inteſtinis ſubſidentes, minimum etiam immutentur, & nihil ferè bilis permiſceri ſinant; ſanè parum à manſo paſtu diuerſæ ſunt: Quæ autem crudæ videntur, quia perperam, hoc eſt, alienis qualitatibus immutentur; illæ profectò ſimilem alijs colorem adipiſcuntur, quæ ex peccantium humorum coluuie ortum habent. Aut enim multiplicis bilis color præſtò eſt; aut forſan pituitę, vel melancholiæ: atque tunc pro tolerantia, ac leuamine, de coctione ipſa conie&uram facere datum eſt. Ex odore qui in deiectionibus, etiam ſecundùm naturam, non bonus eſt, etſi non ualdè fętidus, adhuc coctionis perfectę, uel imperfectę ſumitur argumentum: Quippè qui peſſimè fętet, deprauatam coctionem, immo apertam corruptionem oſtendit, velut qui parum, vel nihil olet, ſummam cruditatem adeſſe docet. Tandem ex ſono, hoc eſt, ſi excretio cum ſonitu, vel murmure fiat, cruditatem præceſſiſſe, magis, minusvè, cenſendum, quoniã ſonus ex flatu fit, flatus autem diminutam coctionem arguat pro maiori, minorivè copia ſui. Vnde quo plura ex his, in deiectionibus apparuerint inditia, coctionis integritatem demonſtrãtia, vtique omninò meliorẽ anteceſſiſſe coctionem uerisimile

riſimile eſt, eò verò deteriorem, quo pauciora. Sed ex expulſionis opere; quod ultimò aduerſus has deiectiones iure natura molitur, ſiquidem conſentaneè celebretur, ipſum robur virium luculenter apparet: languor verò earum, ſi præter rationem exerceatur. Licet enim illud unà cũ alijs, alterationis, retentionis, concoctionisque operibus, modo maiorem, modo minorem uirtutis imbecillitatem in nobis ſemper demonſtrare certum uideatur, in ægro attamen corpore valdè certius; In eo quandoquidem nõ ſolum aduerſus conſueta alimentorum excrementa expellentem uim natura ſolicitet, & præterea magis eandem aduerſus peccantes humores morbum facientes, (dum illi tamen primis uaſis contineantur) aſſiduè excitet, incitetque; ſed quod maximum eſt, non niſi perfectè, antecedentibus celebratis operibus, illam utiliter exire ſinat in actum, adeò, quod una expulſio reliquarum pręcedentium operum ſingulare ſit compendium, & perfectionis, vel imperfectionis legitimum teſtimonium. Quare in ægro ſi expulſionis opus à recto & iuſto aliquando recedat, omninò in eo argumentum debilitatis euidentiſſimum eſt, eſtque fortitudinis, ſi in recto, & iuſto conſiſtat. Rectum autem hoc, in eo poſitum eſt, ut inter pellendum congrua inprimis ſeruetur expulſionis qualitas, ita nempè, ut illud ſolum expellatur, quod verè redundat, inutileque eſt, ſiue ſit excrementum paſtus, ſiue humor ſit, ut diceba-

mus,

mus, qui iiſdem congeſtus locis, aut aliundè eo confluxus, ſuo peccato morbum facere videatur: Verum vt idipſum quoque, dum expellitur per ſeceſſum, tempore opportuno expellatur, aliàs quandoquidem deprauata expulſio eſt; & imbecillitatem, vel virium afflictionem indicat: Præterea rectum etiam in eo conſiſtit, vt iuſta expulſionis ſeruetur quātitas, qua puta ſufficiēter quod expellendum eſt foras pellatur, nec cōtra; vel nulla fiat expulſio, quod ut cauſa, & vt ſignum, ſummum virium defectum oſtendit, tum quoniam tunc, omnibus vltrò fędatis, in deterius vires delabantur, tum quoniam tunc omninò deeſſe vires certum eſt; vel demum auctè nimis ſeſe exerceat, quod etiam ut cauſa, & vt ſignum, multam debilitatem indicat, ut cauſa ſanè, quia inde ſumma virium reſolutio præſtò ſit, vt ſignum verò, quia uires alicundè valenter ſolicitari, defatigarique, ſignificet: Cęterum, illud expelli, quod expellendum erat, patet ex eo, quòd cum ſolius paſtus excrementum expectaretur, tunc palàm excrementum huiuſmodi foras erumpit; & inſuper ſi citra illud, adhuc peccantes humores alij morbum fouentes, ibique locorum exiſtentes, eovè aliundè confluentes, meritò purgandi adeſſent, ijdem ſimiliter tunc, præſentibus ſignis ſubſtantiam eorum indicantibus, euidenter deijciuntur. Verum tempus opportunum, quo iure expulſio celebratur, eſt id, quo illud iam paratum eſt, atque diſpo-

 ſitum,

ſitum, quod expellere tandem operę pretium eſt: Quare ſi idipſum paſtus excremētum ſolùm fuerit, ſanè vt quolibet die, illud poſt paſtus coctionem rectè paratum eſt, & ad euacuationē promptum, ita ferè quotidie à coctione legitimè deijcitur: Atqui ſi humor peccans fuerit, qui ex primis ipſis vaſis ſaltem expellendus ſit, (ſecus fortaſsè ſi ex venis ipſis, aut corporis habitu illuc aliquando defluxerit) quia nempè morbi quomodolibet fomes fuerit, profectò cum ille ex his uaſis, quamprimum poſſit, demoliendus ſit, & abolendus, ſtatim ideo ac ibidem reſidet, ac demum fluidus redditus eſt, ſi expellatur, iure, & legitimè pellitur: neque enim ille, vt excrementum paſtus, neceſſariò per coctionem ſecernitur, & iudicatur, per eam licet ſępè lenior fieret; ſed cum omninò morbificus ſit, ac præter naturam, ſi in uijs detineatur communibus, ita ut ex ſe iam ſatis expulſioni dicatus uideatur, vtique quamprimum, & per morbi initia vtiliter deturbatur: etiam per uomitum, licet per ſeceſſum illius propria via ſit: Atque rem ita ſe habere, ipſa ægri tolerantia, cum leuamine, unicum argumentum eſt. Ex hoc verò ſimiliter quilibet ſufficientiam expulſionis agnoſcet: Etenim, poſt ablatam illam (quæ quando contingat ſatis euidens eſt) ſi aliquando diminuatur, vtique præteritei pellendæ iam pridem cognitæ diminutam quantitatem, vt dictum eſt, leuamen tunc aut nullum, aut minimum ſentitur, (quod ſiquidem

per morbi tempus ſentiri poteſt, ſed ſi nimium fortaſsè excedat, iam impetus, & frequentia, cum rei expulſę copia, laborem expreſsè inferunt.

ALIA RVRSVM EXAMINANTVR naturæ opera, ex quibus robur clareſcit magis. CAP. V.

ITA quidem robur virium, ex operibus conſeruantibus, quatenus in uentriculo,& annexis inteſtinis, exercentur, ęſtimandum nobis eſt; ex eiſdem modo, quatenus in iecore,& adiacentibus venis celebrantur, de robore eodem iudicium faciamus oportet, quando poſt uentriculum, adiacentibusque uaſis, vbi paſtus cremor fit, ſequitur hepar, unà cum venis, ubi ex cremore in ſanguinem nutritioni commodum ille mutatur; operæpretium itaque cum ſit cremorem ipſum virtutis attrahentis beneficio eouſque perduci, ibiq; tamdiu retineri, quamdiu iterum concoquatur, conficiaturque, ut tandem ſecretis excrementis, expulſiſque, ille ibidem purus ſanguis euadat, deſideratę nutritioni cógruus; utique quo omnia hæc ualidius proſequuntur, eo robur naturæ fortius ęſtimandum, quo autem infirmius, contra. Verum tamen ut in uentriculo obſeruatum eſt, ita in hepate etiam, opera hæc ſæ-

piſſimè labefactari valdè, cõſpicuum eſt, attamen illa, qua ratione in ægris æſtimanda ſint, quando ſua pręſentia lateant, non eſt facilè demonſtrare: Ex ſenſatis nihilominus effectis, longa experientia obſeruatis, quid Medico coniectandum ſit, ſatis apertè concipitur: Namque tum ablatè, tum diminutè, & auctè, tum demum deprauatè, à recto decedunt: ſeorſum verò ablata, chiloſi cremoris è uentre, iecoris attractio, ex eo conijcitur, quod cum utile alimentum ex uentriculo, in inteſtinis redundans, non exugatur, chiloſæ tunc deiectiones euidenter apparent, hoc eſt, cremoris confecti ſpeciem præſeferentes, quæ & liquidæ prorſus per ſeceſſum deferuntur, quamuis nulla ſigna adſint, quæ propriam aliquam operum uentriculi ęgritudinem patefaciant, unde deiectiones eueniſſe tales planum fuerit, atque perinde non multo poſt ſubſequitur atrophia, extenuatio ſcilicet, ac totius corporis macies, ueluti & uirium omnium maniſeſtiſſimus languor: Quæ quidem omnia minus uehementer infeſtant, minuſque celeriter aduentunt, ubi facultatis huiuſmodi actio duntaxat imminuatur: At ſi ultrò quam par ſit, immoderata attractio adſit, id ex eo potiſſimum conijcies, quod aluus admodum aſtringatur, ac eſiccetur, deiectionibus propter ariditatem ad excretionẽ redditis ineptis. Ex quo etiam cum facilè attractionis hepatis deprauatio fiat, fęcibus ijs ſcilicet perperã attractis, quæ alioquin deberent cum deiectioni-

nibus

nibus per ſeceſſum detrudi, non languor ideo uirium ſolum indicatur, ſed adhuc, tanquam ex cauſa, fit, adeò quod corpus vniuerſum conſequenter multis afficiatur malis.

De retentione hepatis ablata, atq: imminuta, inde præcipuè magis aut minus coniecturam facere datum eſt, quod ex attracto chilo, inceptus ſanguis ſufficienter retineri nequeat, donec probè cóficiatur, ac per vniuerſum corpus diſtribuatur, ſed ea potius ratione, tanquam onerans, & infeſtus, ad inteſtina per meſeraicas delabitur venas, frequentiſſimèque per aluum tenuis & liquidus redditur humor, in quo aliqua ſanguinis portio diſſoluta videatur, ſeu liquor loturæ carnis nuper mactatæ ſimilis permixtus inſit, quamuis deinceps, temporis tractu, aliorum etiam corruptorum, fętentiumque humorum ſpeciem præſeferat, & cum maxima uirium proſtratione detrudatur. Immoderatam autem in iecore fieri ſanguinis retentionem rarò contingens eſt, ſiquidem vniuerſum exhauſtum, & alimento deſtitutum, ſatis efficaciter ipſum alliciat, nec diu nimis eundem retineri in hepate permittat; Quod ſi deprauetur ex quo longius excrementa retineantur, iam tumor in eo durus, & grauis preſtò eſt, vnde poſtmodum incommoda plura ſequuntur, & maximus uirium languor; Sed coctionis opus quod in hepate, & ſingulis venis ſummè deſideratur, plerunque penitus aufertur, ablatumque, quoniam ſanguinis ui-

ce, crudus, pituitoſus, aquoſuſque humor inutilis prorſus, & ad nutriendum ineptus generatur, vniuerſum propterea ſummè debile redditum, & cachochimia repletum, neceſſariò tumidum fit, palletque, & malis innumeris perpetuò obnoxium eſt; Sed magis minusvè, quoties magis, aut minus ſolum coctio minuatur, frequenter enim talis obſeruatur, eiſdemque omninò ſignis, mitioribus tamen, ea concipitur; Augeri autem coctionem præternaturam impoſſibile eſt, immò quo coctio maior, eo perfectior, & ſecundum naturam eſt; Quod ſi deprauetur, ex quo non ritè concoquat, ſed mauis corrumpat, vel alienis qualitatibus chilum affici ſinat, tunc proculdubio conſtat, vniuerſum corpus, multifariam prauo, corruptoque ſucco repletum, morbis internis, externiſque ſeuiſſimis, ac uirulentis, obnoxium eſſe.

Verum tamen hiſce vtcunque ſe habentibus; perfectam nihilominus, uel imperfectam coctioné in hæpate celebrari, ex excrementis ibidem, per eandem coctionem, à ſanguine ſecretis expellentique facultate inde reiectis, tanquam ab euidentiſſimis effectis, certius aſſequi datum eſt. Sunt porrò hæc in homine quouis, tria potiſſimum, Bilis nempè, Melancholia, & Serum, quod eſt vrina, quæ tandem ab eo, virtutis pellentis ope, foras ad ſua tranſmittuntur; Dum etenim ſanguis ex chilo coctionis ope conficitur, tenuiores primum ex eo ſeparantur partes, quæ exuſtæ nimis, ideoque bilioſę

bilioſæ cenſentur; Dein partes quæ craſſiores, terreſtrioresque nimis, & melancholicæ; Et vltimo aquoſæ, ſeroſæve, quæ ex aquea pabuli humiditate exundantes vrinæ materiam præbent: Quoniam autem hæ, quæcunque ſint, ad nutritionem proríus ineptæ ſunt, meritò propterea foras perpetuo eijciuntur, & quidem ſæpè inſenſibiliter, ſæpius attamen manifeſtè, tum per ſeceſſum, tum per urinarios ductus, vt certum eſt.

Ex propria autem conditione, nobis magis ac magis gubernãtis facultatis robur patefit: Euenit enim ut plurimum ut ſecundum naturam ſint, nec ullo modo peccent;& tunc uirium ſemper robur oſtẽdunt,atque naturam integrè munera obire ſua certum eſt inditium; Sæpè autem præternaturam ſunt, & tunc omninò imbecillitatem arguunt, quia ex perturbatis naturæ operibus cruditates multæ congeruntur, vndè excrementitij ſucci hi facile, tum quantitate,tum qualitate peccant; per propriam itaque conditionem ſuum cum atteſtentur principium, ita ut tales omninò ſint, quales per coctionem conficiuntur, iure ex præcipuo eorumdem examine, de coctionis conditione euidenter coniecturam facere iuſtum,& æquum eſt; Penes uerò duo examen eorum attendendũ eſt; penes puta ſubſtantiam, & accidentia; Ex ſubſtantia enim apertè conſtat, quodnam uerè excrementum ſit, quod peccat, ut inde demum maior, aut minor, affectæ uirtutis languor colligi poſſit; po-

ſtea quam magis aut minus uirtus affecta uni potius quam alteri faueat excremento; accidentia uerò oſtendunt non quid illud, quodcunq; ſit, quod ut inutile pellitur, ita eas uerè habeat conditiones, quæ illi ſecundum naturam ex coctione impertiri conſueuerunt; Siquidem illis omninò præſentibus, planum eſt coctionem perfectè celebratam, & uirium robur adeſſe, contra uerò, ſi aliàs res ipſa ſe habeat.

Atque rem ita, uel aliàs ſe habere, plerumque quidem ſenſibus eſt manifeſtum, quod tum ſubſtantia, tum accidentia eorum, dum poſt ſanguificationem excernuntur, ſua præſentia (ſi pręſertim uomitu, uel per ſeceſſum, ex inteſtinis profluant) ſint conſpicua; Plerumque uerò ſenſus latent, & per coniecturas ſola mente percipiuntur; Quod ſanè quandocunque contigerit, (contingit autem ſæpiſſimè) ex effectis illis arguendum eſt, qui ut plurimum ab ægrotis, & medico, obſeruari conſueuerunt. Sunt porrò hi plures, atque diuerſi, ut illorum neutiquam certa tradi ratio ualeat. Quapropter exercitatis tantummodo de re ipſa cõiecturam facere datum erit: Etſi uniuerſim unà ęgri tolerantia, uel labor nullus, ſufficiens ſit omnis bonitatis inditium: Veluti contra, ęgri detrimẽtum, & noxa, malitiei expreſſa nota eſt. Sed quando uel ipſis ſenſibus, tum ſubſtantia, tum accidentia percipiantur, facilè tunc ex his, de coctionis bonitate, iudicatur. Ex ſubſtantia quidem, ut dictũ eſt,

eſt, ſaltem pro conditione eius, magis ne, aut minus facultas ipſa deuiet à iuſto. Ex accidentibus uerò, etſi uniuerſim, preſſius tamen magis, tum humoris excreti conditio patet, tum ſubinde uirtutis gubernantis robur eluceſcit. Namque ab accidẽtibus communibus ſumpto principio, certum eſt, mediocrem conſiſtentiam (attamen quæ ſecundum naturam humori congruat) bonę coctionis eſſe argumentum: Tenuitas enim nimia, cruditatem, ex defectu uirtutis, arguit; Craſſities autem idem ex exuſtione, & plerumque etiam ex congelatione, & conſequenter ex virtutis defectu, cruditatem indicat. Ad hæc excreti humoris copia, ſuam quoque coctionis facit coniecturam; nãque illa ſi vel à mediocritate quadam conſueta nõ deuiet, clarum eſt, virtutis coquentis robur benè ſe habere, quippe iuſtum non excedat: Excedit autem, & non coctionem ſolum diminutam, ſed & robur virium debile arguit, ſi tum quomodolibet lædat, nec ſufficienter moderetur, guberneturque, tum ſi, quamquam perpetuò pellitur, tamen vltrò quam par ſit multiplicatur, & ſuperabundat, quod virium uigente robore, per bonam coctionem minimè fit.

Sequuntur accidentia proprijs percepta ſenſibus, vt tactiles qualitates, guſtabiles, viſibiles, & odorabiles: Quare primum quicquid poſt ſanguificationem eijcitur, ſi perfectè elaboratum, confectumque ſit, meritò nec feruidum nimis, &

acre, vel mordax, nec aliâ quauis ſenſui tactus, vel etiam guſtus, valde moleſta qualitate præditum eſt, ſed lene prorſus, ac placidum, quippe re aliàs ſe habenti, coctionem præceſſiſſe imperfectam credibile eſt; Vlterius fętor ex coctione non inducitur; fætor namque corruptionem arguit, quæ ex deprauata coctione fit; Sed præterea coctionis eiuſdem conditionem docet color, etenim nunquam ille ſyncerum humorem repræſentat, ſi bona coctio adſit, ea quoniam ſynceritatem non patiatur, quando intercoquendum, humor, quicunque ſit, conficiatur, & quadantenus permutetur, adeò, quod licet ex colore ſpecies eius pateat, refractam attamen, & domitam illam duntaxat, poſt bonam coctionem, color repræſentat. Synceram contrà, per cruditatem, vt flauus valde, bilem flauam crudam, eruginæus autem eadem exuſtam, & nigredo melancholiam, albedo verò pituitam, & quidem magis, atque minus, quò magis, minusvè, quod pellitur, humoribus alijs fuerit permixtum, etenim id quodcunque fuerit, vt uarijs ductibus exit, ita variè permiſcetur, & alteratur; Vnde ſolus Medicus, qui longa ſit experientia doctus, ſpeciatim poteſt ex excretis, de coctione rectum iuditium ferre.

VRI-

VRINÆ EXCREMENTVM
Ad naturæ noſcendum robur, ſeorſim expenditur.
CAP. VI.

QVAMQVAM Adeſt vrina, quę prę cęteris ſanguificationis excrementis purior ſuis uijs perpetuò effluens, certiorem, euidentioremque coctionis ſanguinis coniecturam facere conſueſcit. Illa quandoquidem cum ſerum ſanguinis ſit, aquoſior nempè eiuſdem pars, nutritioni prorſus inepta, poſt coctionem, per renes, ex venis, in veſcicam excepta, indeque foras eiecta, neceſſe eſt; quod vt continuò, vnà cum ſanguinis maſſa æquabiliter mixta, & vt illius quaſi vehiculum, corpus vniuerſum permeat, ita conditionis ſanguinis particeps ſit, & omnē affectionem, omnemque qualitatem, caloris agentis ope, contrahat, aſciſcatque ſibi, vt denique foras emiſſa, quaſi diſſecta ſanguinis portio, inditam ipſius conditionem coram proponat, aperiatque; Quod æquidem facit tum ſua ſubſtantia, tum ſuis accidentibus in conſpectum ſeſe dantibus; Quādoquidem vrinæ ſubſtantia, ſi ea ſit, quæ deſiderato ſanguinis ſero expurgando reſpondeat, tunc ſanguificatio, ſeu ſanguinis coctio omninò bona, & ſecun-

dum

Digitized by Google

dum naturam eſt; at contra, ſi ea aliud ſit, vt puta humor à ſero diuerſus, qui ſcilicet ipſi minimè cógruat, (niſi ille aliundè proueniat, vt poſterius dicemus) tunc ſine dubio coctio deprauata eſt, aut quomodolibet læſa; Similiter accidentia, ſi ea quæ vrinæ propria ſunt, & quæ ipſi ſecundum naturam ſe habenti conueniunt, eidem omniquaque inſint, tunc utique coctio, per quam urina iampridem ſecreta, iudicataque eſt, ſuum finem iuſtè adepta cenſebitur; contra, ſi aliàs ab his fuerint, præſertim ſi contraria: Eſt porrò vrinæ ſubſtantia, ſerum ſanguinis, ut dictum eſt, id nempè, quod ex aſſumptorum aquoſorum, liquidorumvè materia, quæ ad nutriendum minimè apta, ſed ad vehendum quocunque ſanguinem tantummodo vtilis, ſenſim in venis coaceruatur, quę inquam licet ſuam atteſtans originem, aquæ quadantenus limpidæ ſpeciem præſeferat, quoniá diu tamen in venis ſanguini permixta manet, diutino ideò caloris opere, aliena perfuſione, craſſior fit, & nouum ſubſtantiæ ſuæ modum, perinde atque carnium, leguminumque iuſcula, adipiſcitur; idque magis, minusvè, & ſanè multifariam, pro caloris vi, quæ ex conſtitutione, ætate, & tempore, in vnoquoque, alia & alia eſt, quare tum conſiſtentiam, tum colorem, & alia plura habet annexa, quæ ſero aptè confecto verè ſunt propria, & in illo ſanorum ferè ſemper reperiuntur.

Si itaque in ęgris, uel ſanis talis urinæ ſubſtan-

tia ſit, dubio procul in eis ſanguificatio, quæ ex hepatis coctione prouenit, integrè celebratur. Sin verò illa alia fuerit, aliud ſimiliter iudicandũ eſt; niſi fortè eam aliundè manare certi ſimus, puta ex toto, vel parte totius, onus cachochimiæ ſuũ cum vrina, in veſicam deponenti; tunc quippè contingat, coctione etiam perfectiſſima exiſtente, hoc ipſum ab vrinæ ſubſtantia alienum cum urina foras expelli. Agnoſces autem differentiam, & rem undecunq; factam ſatis apertè intelliges, tum ex antegreſſis coniecturis, originem illuuiei exprimentibus; tum ſubinde ex ægri leuamine, & tolerantia; tum vltimò ex ipſo vrinæ iam pridem effuſæ, paululumque quieſcentis, patenti conſpectu; illa quoniam licet mox effuſa turbida ſit, & craſſa uideatur, aliam omninò à conſueto ſubſtantiam indicans, paululũ attamen vaſe recepta quieſcens, fit, ut quod ipſi alterius craſſioris ineſt ſubſtantiæ, perinde atque in aqua lutulenta, paulatim ſecernatur, in vnum coeat, atque veluti fex, manifeſtè ſubſideat, ſyncera tandem urinæ ſubſtãtia perſiſtenti, comparentique. Sed ex urinæ accidentibus, ipſiuſmet coctionis conditio clarius eluceſcit. Etenim ſi communia perpendamus, & inter hæc inprimis conſiſtentiam, certum eſt, illam ex coctione antecedenti mediocrem ſibi imperitiri, ita ut urina nec aquæ modo tenuis tantummodo ſit, nec ut iumentorum craſſa, vel ad inſtar denſioris mulſæ ſpiſſa uideatur, ſed quæ in mediocri

conſi-

conſiſtens, ita quidem lucida ſit, & perſpicua, vt acies uiſus illam facilè penetret; attamen quę ultrò, ob perfectam ſui elaborationem cum ſanguine antegreſſam, ſaltem talem cõſiſtentem ſit adepta corporeitatem, propter quam ipſa paululum in uaſe quieſcens, virtute caloris impreſſi; cuius beneficio etherogenea ſecernuntur, & ad partes ſeparantur, ſedimentum aliquod faciat, quod omninò ipſi ſubſtantiæ ſimile, non craſſum, nec tenue nimis ſit, ſed à tota maſſa ſufficienter collectum, in vnumque æquè coactum, & non diſgregatum, diuulſumvè, ſed cum leuitate quadam unitum, mediocre compareat, & quadamtenus ſuſpenſum ſubſideat: Vnde ſi urina tenuis nimis, & aquea, citra omnem conſiſtentiam obſeruetur, ut conſequenter in ipſa nullum compareat ſedimentum, dubitandum nuſquam eſt, quin tunc ea cruditatem ſummam autumet; quippe cum nullam tunc ipſi craſſitiem impertitus calor fuerit, neceſſarium eſt nullum caloris eiuſdem in eam impetum præceſſiſſe, perindeque coctionem labefactari: Etſi tantam urinæ tenuitatem, aliunde etiam, quam ex cruditate, fieri ſæpè contingat, utputa extrinſecus, ob potum nimium, qui ſuo ſe pondere pellens, è vaſis, intempeſtiuè, citra factam coctionem, exeat, vel intrinſecus, ob hepatis nimiam attractionem, & renum ad emulgendum naturale irritamentũ, cum retinendi difficultate, ut ſubinde ſerum valdè nimis attractum, intempeſtiuè, inſuperq; cru-

dum,

dum, in ueſcicam prolabatur: Sed undecunque ſit, differentiam percipies, ex præcedenti, præſentique ęgrotantis examine; poſt urinam tamen pluries obſeruatam: ſiquidem tunc ne coctionis defectu talis urina contingat, an mauis alia occaſione fiat, facilè compareat. At ſi urina craſſior, ac vltrò quam par ſit denſior videatur, ſiue adhuc ſatis ſit perſpicua, ſiue iam veluti muſtum obſeruetur, ita ut etiam ſedimentum craſſum, fęculentumque in ea ſit conſpicuum, illa omninò etiam cruda ęſtimabitur; ratione tamen alia, ac penitus alia, quam tenuis ipſa, æſtimetur, quippe quod illa, ex defectu caloris, hæc verò, ab exuberantia, talis euadat: Vrinæ enim cruditas, conſiſtentiæ modum præter naturam, qui à iuſto recedit, ſemper habet annexum, recedit autem, tenuitate, aut craſſitie, atque ex defectu caloris tenuitatem oriri iam dictum eſt; reſtat ut ex abundantia, quæ tamen nó naturalis exiſtat, oriatur ipſa craſſities, & equidem meritò, quando non naturalis calor exundás euidenter exurat, & aſſationem inducat, quæ certè, ut experimento notum eſt, craſſitiem ſemper habet adiunctam; ipſe licet calor, qui minus præter naturam ſit, in urina craſſitiem pariat, cum ſplendore, & perſpicuitate quadam; qui verò magis præter naturam fuerit, eandem faciat lutulentam, & turbidam, ut experimur; Etſi turbulentiam hanc, ob renum emulgentium, reliquarumque communium illi ſeruientium viarum affectu,

 ex

ex præuijs non paucis agnitum notis, ſępè fieri obſeruemus. Inſuper & ex pridem congeſta redundantium humorum, dein, ui naturæ, per vreteres, purgata colluuie, non rarò contingat, veluti ſupra iam nos indicauimus. Cęterum, quomodocunq; cruda urina ſit, ea ſemper magis talis eſt, quæ tenuis, quàm quę craſſa, & quo tenuior, eo item crudior; unde ſi tenuis facta paululum quieſcés, tandem perturbetur, & turbida fiat, euidentius id coctionis argumentum eſt, quia craſſas iam aliquot ei caloris beneficio, impertitas fuiſſe partes, certũ eſt indicium; non item ſi perpetuò tenuis, & clara perduret. Præterea, licet quæ craſſa, turbidavè eſt, perfectius cocta cenſeatur, quàm tenuis, attamen, cum in eodem ſtatu illa permanſerit, deterioris ſine dubio conditionis ęſtimabitur, quam ſi demum quadantenus clareſcat: Siquidem tunc inſitum ex coctione calidũ, cuius ſegregandi munus eſt, inualidum prorſus ineſſe planum ſit, non ita tamen, ſi contra, ſegregatio quædam ſubſequatur; Adhuc eo licet caſu obſeruãdum ſit, ne quod ſubſidet, ſua conditione, illi totius urinæ reſpondeat, quoniam fieri ſæpè ſoleat, ut vigente coctione, urina turbida ſit, clareſcat tamen, ſubſidente humore aliundè permixto, atque tunc quod craſſa urina ſit, negotium faceſſit nullum, faceſſeret autem valde, ſi eiuſdem prorſus ſubſtantiæ ſedimen tum ipſum cenſeretur. Huius verò rei differẽtiam ſupra nos indicauimus. Atque ex urinæ conſiſten

tia ita de coctione iudicãdum eſt, ſuccedit modo, inter eadem communia accidentia, urinæ ipſa quantitas, quæ ſanè ut mediocris, ingeſtis, fluidis, & aquoſis proportione reſpondens, hepar tum rectè ualere, tum omnia conuenienter adminiſtrare inſinuat. Ita profectò aliàs res ipſa ſe habet, ſi quãtitas eiuſdem quam par ſit copioſior in ægris obſeruetur: Nam coctio à calore cũ ſit, ſemper incraſſando progreditur, vt propterea ſemper tenuibus, aqueiſque partibus multis reſolutis, craſſiores, & denſiores derelinquat; coctione autem ob virium languorem debili exiſtente, cruditates multę fiũt, & partes conſequenter multæ aquoſæ, ac tenues, relinquuntur, quæ tandem temporis tractu ſecretæ, per urinas foras pelluntur: Quare dum urina, quam par ſit, copioſior mingitur, euidens eſt cruditatum argumentum, & inde hepatis coctionem languere veriſimile eſt: Et quamquam plerunq; fit, ut aliundè quam ex cruditatibus, quãtitas urinæ tanta obſeruetur: ſæpè quippe fiat, ut ſi humidorum ingeſtorum copia maior fuerit, omninò etiam quam par ſit copioſior urina mingatur: Inſuper etiam fiat, vt hepate valentius attrahente, renum verò emulgentium ui excernenti, vel per ſe, vel per accidens, vehementius ad ſerum expellendum irritata, ita neceſſariò urina magis abundet; Attamen cum nil tale præceſſerit, ex quo aliquid ſimile conijciatur, quin urina potius plures cruditatis notas habuerit, dubio procul tunc tanta illa

I ex

ex hepatis cruditatibus prodit: Et adhuc id, licet recto naturæ iudicio, citra hepatis defectum, interdum eueniat, quo nempè illa malorum humorum longius congeſtam ſarcinam per urinas utiliter purgat, verum tamen niſi inde ęgri leuamen, cum tolerantia, quodammodo pateat, ſed mauis labor vigeat, & pręterea cruditatum inditia aliundè maiora colligantur, etiam ſi aliquod coctionis argumentum appareat; tunc nihilominus hepatis defectum copia urinæ multa oſtendit: At infra mediocritatem ipſiuſmet urinæ paucitas nihil hepatis docet, quandoquidem ſæpius aliundè quam hepatis occaſione adueniat, vt puta quod, vel ſiccus victus miniſtretur, vel alio quã per vreteres, ut per cutis poros, naturæ iudicio, ſudoribus, expellatur, aut quod aliquando obſtructis ductibus cum expulſionis defectu, ab urinarijs vaſis auertatur. Sed iam de accidentibus proprijs urinam comitantibus ſermonẽ aggrediamur: Vrina namque primum per colorem, coctionis defectu, à conſueto diſtat; etſi non ſimpliciter defectum hunc ipſemet color oſtendat, eo quod natiuus noſter calor, alimentum, humoresque concoquens, præ cęteris, & maximè, mediocritatem ſubſtantiæ moliatur; at illi dein contingenter ſolum, puta pro humoris admixti conditione, colorem addat; cum præſertim color nullam caloris, vel frigoris actionem, niſi accidenter, conſequatur; ſed proportionem diaphaneitatis duntaxat, quæ ex certa fit ſub-

ſtantiæ humorum mixtura: Verum non propterea color ad agnoſcēdam coctionis perfectionem penitus poſthabendus eſt, cum ſaltem ex eo coctionis indicia ſufficienter augeantur, minuanturvè, quatenus per ipſum, maiorem, vel minorem caloris inſiti impetum,& elaborationem, vrinam ſuſtinuiſſe planum eſt; atque ita magis, aut minus, & ſanguinis, & alterius ſucci miſcellam illa ſubierit; unde poſtmodum ut diaphaneitas uaria, ita color diuerſus ineſt. Quare ſupponendum eſt,ſubaureum colorem urinæ per ſanitatem ineſſe, ex quo in ea perfectæ coctionis munus integrè præſtitum ſit; mediocrem quippe tunc inſiti calidi operationem, & impetum, in uniuerſam ſanguinis maſſam exercitum fuiſſe, vel ex eo credere opus ſit, quod talis ſemper color cum mediocritate ſubſtantiæ in urina ſanorum reperiatur: Si quando autem mediocris iſte color, ſubaureus nempè, mediocritati ſubſtantiæ iunctus, quæ per ſanitatem urinæ ineſt, à iuſto decedat, & in alterum magis inclinet, ut in ægris ſæpè uidere eſt, multifariam certè tunc ex eo cruditas, vel coctio arguenda eſt, quoniam cum res ſic ſe habuerit, & color, ut dictum eſt, præſentis duntaxat ſubſtantię miſcellam, cum ſero, conſequatur, quæ & multiplex eſt,pro humorum uarietate, profectò pro tingentis humoris natura, & receſſu eiuſdem à mediocri, color urinæ impreſſus, coctionis gradum indicabit, hoc præſertim ordine: Si urina quæ

mingitur, aquea prorſus, & nullius coloris exiſtat, veluti in ſimul nullam caloris coquentis opē, conſiſtētiam adepta eſt; ſic pluribus ex cauſis cruda cenſebitur: Atqui ſi ad album illa aliquando magis inclinet, licet maiorem coquentis caloris impetum in humores præceſſiſſe argumentum cenſeatur, ex albedine tamen ipſa, imperfectam coctionem adeſſe, certum eſt indicium; quia cruditatum dominium, & abundantiam oſtendat, atque id eo magis, aut minus credendum erit, quo magis, aut minus ad ſubaureum colorem, mediocritati ſubſtantiæ humorum conſentaneum, urinæ color appropinquabit; Sin verò proportionatus color limites tranſgrediatur, quia ad rubrum euidenter inclinet, dubio procul tunc inflammati, excandeſcentisque ſanguinis indicium eſſe, ex quo tenuiores quędam ſanguinis partes ſero purgando altius imprimantur, iamque etiam coctionem, in hepate, à calore extraneo perturbatam eſſe, tunc licet aſſerere. Amplius quoties urinæ color ad croceum vergat, iam multas ſanguinis partes ſubaſſatas, & in bilem deniq; flauam fore mutatas, certum eſt, atque ita maximè coctionem euerſam eſſe, cum ſanguinis loco, bilis excrementitia generetur; Quod ſi prætereа color erugineus adſit, vel in viridem, vel in paſſeum pronus, vtique iam multò magis ſanguis aduſtus eſt: talis ergo color vrinæ communicatus, maiorem omninò a mediocritate

diſceſſum,

diſceſſum, ſubindeque cruda omnia magis eſſe, demonſtrat; Velut denique illud omnium maximè colligi poteſt, cum iam vel nigra, vel lutulenta, ad ſapæ modum, vrina mingitur, tunc ſiquidē conſtet, vel exuſtum, vel corruptum adeo ſanguinem eſſe, vt iampridem omnem proportionem, mediocritatemque, & ſubinde ſplendorem amiſerit, quod extremum cruditatis inditium eſt; quoniam tandem tunc, & innatus calor ipſe deficiat, humido ſcilicet, cui primum inhæret, extranei caloris impetu, deficiente; & vltimò mors ante fores ſit; quia calor uitæ fons in nobis eſſe deſinat.

Quare cum hac ratione ſolum, color coctionis gradum oſtendat, ideoque ſimul facultatis hepatis robur indicet, vt dictum eſt, merito fit, vt non niſi prudenter ex eo iuditium proferamus, ſiquidem interdum eueniat, viribus exiſtentibus validis, perindeq; integrè, & perfectè ſanguinis maſſa ſe habenti, multifariam in vrinis colorem permutari, vel puta ſola renum calida intemperie, vel ex quo tunc quidpiam ad tingendum aptum extrinſecus ingeſtum, vel intrinſecus, è certa corporis ſede, in qua aut per ſe genitum, aut aliundè collectum, congeſtumque antea fuerit, in communia vaſa prorumpens, permiſcensque ſeſe ſero, caloris opere, ita aliquot ſui partes illi condonet, vt tandem ex mixtura color varius ſuperueniat; etſi ne ex his potius, quam coctionis vitio, color vrinæ inditus ſit, præ ceteris perquirere oporteat, an-

tequam ex eo de coctione aliquid conijciatur; Patebit autem ſi citra labem facultatis coquentis in hepate, palam ſit alicubi alia externa, vel interna illuuiei ſucci ſerum tingentis origo, adeo quod illinc ſanguinis maſſa, ea licet ſecundum naturam ſe habenti, facilè attamen inficiatur: Palam verò fiet origo hæc, tum ex regimine uictus ægri prę cognito, vnde quoduis externum, ex quo contingenter ſerum inficiatur, appareat; tum demum examinatis diligenter notis ijs omnibus, quibus vel ſecundum totum, vel ſecundum partes, æger ipſe ita præter naturam ſe habuerit, ut quidem ab intra at non ex hepatis coquentis imbecillitate, ſed ex alio afflicto uiſcere, ipſa humorum illuuies genita, uel congeſta ſit, (multa enim uiſcera eſſe poſſunt, quæ præter naturam ſe habentia, colluuiei huic præbere originem apta nata ſunt) quæ tandē exundans, per urinam, pellentis facultatis beneficio, non ſine ægri leuamine, & tolerantia, opportunè foras erumpat; Ita namque ne urinæ color aliunde ſit, quam ex hepatis languore euidenter elucet.

De odore uerò urinarum quid cenſendum ſit, paucis perſoluendum; namque odor cùm temperamentum qualitatum conſequatur, utique ſi a cō ſueto odore urina decedat, & à proprio temperamento illam deceſſiſſe dicendum erit; quare cùm in ægris ut plurimum perturbata ſint omnia, non mirum ſi & perſæpè urina conſuetum amittit odorem,

rem, accedente autem humorum prauitate, eaque urinæ communicata, tunc neceſſariò urina mali odoris eſt, minus attamen ſi contra. Cauere tamen ſummopere iuuat, nunquid ingeſtorum, alteriuſuè extrinſeci occaſione, odor fuerit urinæ impreſſus, cum uelut inde ſubſtantia, colorque immutatur, inde ſimiliter ſæpè & odor à naturali decedat; Ad hæc aduertendum quoque eſt, ne alterius partis corporis, & urinæ inprimis, deſeruientis uitio, aliquid quod praui odoris ſit, eidem permiſceatur; tunc ſiquidem citra hepatis coquentis defectum, odor urinæ uarius obſeruabitur; Itaque ſi non contingenter, ſed per ſe, id illi acciderit, omninò coctionis uitio factum iudicabitur, ideoque tanto magis coctio perturbata erit, quanto magis fœdus odor ex urina manabit.

Sed de annexa interdum inter mingendũ acrimonia, illud merito cenſendum, quod uel tũc humor aliquis utiliter, euidentique ægri leuamine, ſimul cum urina foras eijciatur, uel ſaltem maximam ineſſe ſuccis exuſtioné, ex qua ſimiliter urina acris, & mordax effecta, dum exit, indita acerbitate, partes feriat, & lancinetur, certum procul dubio cruditatis argumentum, cum potius contra, ex coctione reprimantur omnia, omniaque ceſſent, quæ præternaturam urinæ aliquando indita fuere.

ALIA PRÆTEREA EXAMINANTVR Naturæ opera, ut robur quod quæritur dignoſcatur. CAP. VII.

SEQVITVR Facultatis expellentis examen, quatenus opus illius in hepate adiacentibusque uenis, aduerſus ſanguificationis excrementa, aliaque in eis præter naturam redundantia, exercetur, ut ex eo euidentius pateat, quid de ipſo uirtutis robore ſit iudicandum.

Etenim ſi ſecundum naturam exerceatur, eſt ubique certum roboris inditium, ſin uerò præter naturam, imbecillitatis certa nota eſt, & diligēter quidem obſeruanda, ex patenti quoniam expulſionis conditione, ut alibi dictum eſt, ſi uel aliundè, firmitatis, uel infirmitatis uirium coniectura in ægris maximè colligitur: Sed ſecundum naturam in ęgris expulſio celebratur, tum, cum aduerſus ea, quę inter ſanguificandum perpetuò redundāt, ſufficienter inſurgit, tum ſi quod, inter ęgrotandum, ex redundātibus his, uel quomodolibet perperam ſe habentibus, morbum facit, debito ſeruato modo, & cōgruentibus uijs, expellat: atque demum ſi aduerſus hęc uniuerſim, non ablatè, uel diminutè, aut perperam, nec minus auctè, ſed debita proportione, opportunaque forma, & tempore,

re, habeat ſeſe; namque ab his quanto minus expulſio deuiabit, tanto minus à iuſto illa recedet, tantoque euidentius ex ea uirium robur indicabitur, contra autem, quia tanto magis prçter naturã eſt, tantoque ideò clarius inde languor uirium eſtimabitur.

At inprimis expellens ipſa facultas, aduerſus ea, quç inter ſanguificandum, etiam per ſanitatem, redundant, inſurgit, dum ea ad ſua quçque loca, proprijs ductibus, pellit, quç inquam recipiendis illis à natura ſunt inſtituta; Bilem nempè ad ueſicam felleam, ut demum inde pro ritandis inteſtinis, ad feces excernendas, inſeruiat: Melancholiã uerò ad lienis capacitatem, ut ex ipſa denique ſenſim ad os uentriculi, animalis appetitus excitandi cauſa, perducatur: Verum prçterea ſerum, a ſanguinis licet ſubſtantia ſegregatum, per uniuerſum nihilominus corpus, cum ſanguine, ut ſibi uehiculum futurum, effundat, renibus deinceps emulgendum: Siquidem igitur opera hçc integrè proſequantur, ita ut perpetuo, dum opus ſit, nec ablatè, nec minus diminutè, uel aliàs leſè, facta, ex ſimptomate prçſertim aliquo, alioue euidenti ſigno aduentanti, quod id expreſsè doceat, demonſtrentur, proculdubio robur uirium adeſſe clarum eſt: Sed ſi contrarium obſeruetur, omninò contrariũ çſtimandum erit.

Verum enim uerò, cum certi ſimus, inter çgrotandum, eodem ferè ex fonte, humores noxios

mor-

morbum excitantes in uenis exundare, cui non alterationе ſolum, ſed euacuatione inprimis, modus imponitur, equidem meritò fit, ut facultas expultrix, per id temporis (ſi uitium robur uigeat, nec illud pridem aliundè oppreſſum, diſſolutumvè fuerit (in hos etiam humores, inſueto impetu quodam (poſteaquam more conſueto illi neutiquam ſufficienter expurgentur) potenter inſurgat; aliàs enim, ſiue ablatè, ſiue diminutè, aut perperam ſe habeat, quia vel nihil per ſe illa moliatur, vel intermoliendum manca ſit, aut etiam præter omnem rationem proſequatur opus, de robore virium non benè iudicandum eſt.

Nemini autem dubium eſt, quin toto morbi progreſſu, natura aduerſus peccantem humorem ſæpè valenter inſurgat, illumque pellat, ſed quandocunque id obſeruatum fuerit, & vtiliter ſanè, & inutiliter factum iudicabitur, perindeque robur virium adeſſe, aut debilitatem, iure cenſebitur; Vtilis quidem erit euacuatio, ideóque certi roboris indicium, ſi primum talia, per locaq; idonea, & modo congruo, euacuentur, qualia prorſus fuerint euacuanda; Secundo ſi tanta, quanta peccauerint; Et tertio ſi tempore opportuno corũ omnium continget euacuatio; Contra enim erit inutilis, vel potius noxia, atque omninò debilitatem, vel vt ſignum arguet, vel vt cauſa; Vt ſignum porrò, quando non toleretur; ſicuti ferè ſemper vtilis toleratur; Vt cauſa verò, ſi ſequatur inde

maior

maior ęgri labefactatio; veluti contra ex vtili, manifeſtum ægrotanti leuamen, ſi non à morbo toto, ab aliquo ſaltem ſimptomate eius, præſto eſt.

Verum bona, aut mala tentatæ vacuationis qualitas eluceſcit, ſi duo vt dictum eſt, præ cęteris animaduertamus: vnum quorum eſt, humoris qui pellitur certa conditio: quod videlicet humor tālis ſit omnino, qualem iam peccare, morbumq́ue facere, longe ante, certis inditijs, noueramus; alterum verò eſt, quod per vias, ductusvè, regioni venarum, in quibus humor reſidet, (ibidem enim nunc illum reſidere ſuppoſitum eſt) aptè conuenientes, ipſaq́; celebretur euacuatio: Etenim, quando talia pellantur foras, qualia iure pellenda, quia ſcilicet noxia cenſebantur, tunc vtilis, atque proficua erit euacuatio: quando autem ea ab his alia prorſus extiterint: inutilis, & pernitioſa iudicabitur, vt puta quæ haud dubię morbifico nulla ex parte imminuto, facultatem, ſeu vires ſit quamplurimum deiectura.

Accedit his viarum, ſeu ductuum examen, vt dicebamus, per quos euacuatio celebratur: Sed cum hoc inter ægrotandum bifariam fieri debeat, tum ſcilicet poſt iuſtum per coctionem iudicium, quo vt pellendus humor excrementitius iudicatur, vacuationiq́ue paratur, ita ſucceſſiuè uni illius coctioni merito iocunda accedit expulſio: tū præterea occaſione nimię humoris copiæ, qua plus nimis natura premitur, & oneratur: uel etiam oc-

caſione

caſione pernitioſæ, ac prauæ qualitatis impreſſæ, qua eadem natura uehementius, præterque ordinem, ſeu modum, laceſſita, violenti impetu quodam, cogitur intempeſtiuam expulſionem aggredi: ſic ſanè natura bifariam uijs utitur, conſuetis nempè, & inſuetis; inſuper & modum duplicem ſeruat, quia aut quod noxium eſt, atque redundat, extra corpus, & penitus extrudit, effunditque: aut idem ex propria deturbatum ſede, in partem ſaltem quampiam totius ad recipiendum bellè paratam, quodam ueluti decubitu, manifeſtè deportat. Vter ergo modorum horũ ſit appoſitior, ex utriuſuis exitu facilè innoteſcit, Deportatio etenim, ſeu translatio, uel ad partem nobilem eſt, uel ad ignobilem (nobiles partes dico, quæ præ cęteris, aut uitæ ſaluti deſeruiũt, aut alijs nobilioribus operibus adminiſtrandis inſtitutæ ſunt) ſi ad nobilem, maximum ſemper aduenit ægro detrimentum, quare ſemper etiam perperam ſit, at ſi ad ignobilem translatio fiat, ſæpè licet exacta ſequatur peccantis ſucci demolitio, quod per hanc ille totus è ſuo loco dimoueatur, ut morbus ideo ceſſet, attamen nuſquam tutum opus, & prorſus utile eſt, tum quod adhuc aliquid per ipſum relinqui poſſibile eſt, ex quo recidiua contingat, tum, quia nũquam id optimũ eſſe cenſetur, quo melius reperitur aliud eiuſdem generis, at longè melius eſt, à malo omninò liberari, quam nouo adhuc morbo, licet leuiori, implicari, quem ſucci, ad alias partes tranſ-

lati,

lati, & non prorſus eiecti, inducunt.

Sed ex aperta euacuatione, verè integra ſuccedit peccantis ſucci deſtructio, ſimul atque tunc curantis naturæ robur uerè firmum eſſe cenſetur, quoniam ſic generoſum demolitionis peccãtium humorum opus aggrediatur, proſequaturque, pręſertim ſi p uias idoneas, & uniuerſali huic vacuationi cógruas, opus celebretur. Namq; humorib. in venis exiſtẽtibus, nó unus, ac ſimplex, & ille proprius, ſed multiplices, varijq; ductus congruunt. Venæ quippè onus ſuum utiliter deponunt, vel primum per occultos, cęcoſque totius habitus poros, per quos ſępè copioſiſſimè ſudores excitantur, quando maximè, caloris naturalis aucti beneficio, humor qua parte tenuior eſt, vltrò ita extenuetur, diſſoluaturque, & in tenuiſſimam, ac penè roridam ſubſtantiam conuertatur, vt demum per poros, quibus vndique refertum corpus eſt, foras refudet; Vel ſecundo venæ idem conſequuntur, quadam veluti ſucceſſiua humoris remigratione, vt cum ex una in aliam ſibi continuitate ſuccedentem venam humor deponitur, vſquequo tandem ad cauam, magnamque venam hepati quam proximè iunctam tranſeat, ex qua deinde per hepatis eiuſdem vaſa, in portam, indeque in meſeraicas, ad inteſtina, longo licet itinere, vnde peruenerat, reuertatur; aut quoque etiam ex caua ad renes, medijs emulgentibus, & hinc poſtmodũ per vrinam, in veſica colligatur, penis ductu deinde foras

ras expulſurus; Vel tertio ex venis idem fit, reſeratione orificiorum quorundam ipſarummet, vt dum menſtrua in mulieribus fluunt, ac item per hemoroidas impuritas ſanguinis expurgatur, & aliàs item per nares, vt manifeſtũ eſt, ſed quamquam ductus hi omnes vacuationi venarum appoſitè cõgruunt, quod per omnes hos paſſim vniuerſum vacuari nos obſeruemus, nihilominus tamen una humorum remigratione, vt dictum eſt, adamuſſim quod peccat foras tuto, & generosè expellitur; quoniam per totius corporis poros, non niſi tenues redundantis humoris partes, craſſis derelictis, eijciantur, magna futuri recurſus morbi ſuſpicione: Et per ipſam venarũ reſerationem ſemper cum malo boni plurimum foras erumpat, non leui ægrotantis detrimento; Atqui per vnam humorum remigrationem, clarum eſt, ſolos peccantes humores, ab utilibus, iam pridem, coquentis facultatis ope, ſecretos, integrè, & tuto expurgari, atque perinde tunc vtilem valdè futuram euacuationem æſtimandum eſt.

Ad hæc verò vt non perperam facta, ſed vtilis æſtimetur expulſio, operæpretium eſt, illam oppòrtunè fieri; tempore nempè, quo in morbis natura ſponte, & vtiliter illam ſit aggreſſura: Sunt autem morborum tempora quatuor, quibus multifariam natura aduerſus morbos, eorumque cauſas inſurgit, & humorum præſertim peccantium tentat expulſionem; Principium, Augmentum. Status,

tijs,& Decrementũ. An ergo in ſpótaneis euacuationibus, alterum ex his, opportunitati magis, minusvè faueat, vt ideo tũnc potius, quàm aliàs, per robur virium, ſpontè facta vacuatio æſtimanda fuerit, ſanè ex ipſamet bona, mala, aut medioori euacuationis qualitate, eatenus iudicabitur, quatenus per illam talia, vel alia primum euacuentur, qualia, vel alia vacuanda ſint; Per vias inſuper idoneas, vel non idoneas; cum tolerantia, aut citra, ſed omnium maximè ſi cum ægri leuamine, vel mauis cum detrimento, & manifeſta virium diſſolutione. Bifariam dicebamus humorem peccantem, morbumque fouentem è corpore pelli: Vel poſtquam ille ex naturæ conſueto, per ſufficientem præuiam coctionem iuſtum fuerit excrementitiæ conditionis iudicium conſequutus, vnde poſtmodum neceſſariò expulſioni, tuto, & iocundè, ſubiaceat. Vel deinde cum licet adhuc ille nondum plenè confectus, elaboratusvè, interea nihilominus, tum ob unam ſui exuberantẽ quantitatem, tum ob inditam prauam, & naturæ aduerſam qualitatem, fit, ut intempeſtiuè illum natura nimis irritata foras cogatur expellere, aut mauis cum ipſum ultrò retinere non valeat, cogatur ſinere ut foras erumpat. Attamen dum quouis modorum horum purgentur ea, quæ morbum nutriant, & quidem uijs idoneis, ac cum tolerantia, non dubitandum quin vacuatio, quandocunque contingat, cum utiliter fiat, ideo etiam facta cenſeatur

ſcatur opportunè: Cur enim inutile, per morborum initia, augmentumvè, humores morbificos uacuari? cum tunc potiſſimum conſtet naturam inde facilè ſubleuaturam, maxima nempè cauſæ morbi portione euidenter euacuata; Vtique melior, tutiorque, & ferè ſemper iocundior ea futura uacuatio eſt, quæ tempeſtiuè, poſt omnem abſolutam coctionem celebratur, qualis inquam euenit, poſt morbi ſtatum, & declinationis initia: At non idcirco alia, quia ſolum intempeſtiua, & ante coctionem facta, inutilis erit, & mala; dum tamen per eam materiei morboſæ copia, per uias idoneas, & cum bona tolerantia, ut ſuppoſuimus, palàm minuatur. Neque dicendum hac ratione quidem minui morbi cauſam, ægrum tamen proficere nihil, quod multò plus tunc languescat uirtus, quàm ſubleuetur: Quoniã ſublata maiori morbificę cauſæ parte, ſi uires uacuationem huiuſmodi tolerauerint, ſemper æger proficit. Etenim tunc ſiue expellenti aucta ui, ſiue retinenti diminuta, ſi qui peccat humor foras erumpat, magna ſemper utilitas ægrotanti contingit, tunc quia natura minori onere preſſa potentius ſibi uacatura eſt, & quod noxij reliquum fuerit, commodius ſuperatura; Quod ſi tolerantia nulla fuerit, certum eſt, noxam vtilitate maiorem ægro futuram, quoniam cum ex uacuatione quauis labor aliquis ſemper expectetur; per eam quippè ſpiritus exoluantur, diſſipenturque vires, meritò ſi uacuatio intempeſtiua

ſit,

ſit,& præter tolerantiam facta, ut maior ex ea ſpirituum demolitio, ita maior labefactatio,minorq́; vtilitas præſtò erit,quàm ſi uacuatio omnibus numeris laudabilis, & exacta contigerit;quamquam & hæc ſi citra tolerantiam eueniat (tantum enim tolerantia facit) aliquãdo inſimul ęgro necem importat. Quodcunque ergo morbi tempus fuerit, quo generoſa compareat euacuatio, dum per eam talia uacuentur, qualia iam ante peccare certum erat, fiatq́; ea per vias idoneas,& ſit cum laborãtis tolerantia, vtiq; illa quomodocunque facta, ſemper cenſebitur vtilis, quod per eam cauſa morbi diminuatur: Quod ſi vlterius ægri leuamen acceſſerit,valdè utilior ęſtimabitur,poſteaquam,per ſolã tolerantiam; pateat, diminutam, aut ablatam etiam cauſam morbi antecedentem, ex qua fouebatur coniuncta;per leuamen verò certi ſimus,ipſammet eiuſdem morbi ſublatam eſſe coniunctã, per quam immediatè morbus conſeruabatur.

Cæterum,vt deſiderata humorum in venis redundantium expulſio verè utilis cenſeatur, & robur uirium indicet,vt ſuppoſitum eſt, debitã proportionem obtineat, operæ pretium eſt: Sed proportio hæc, penes duo attendenda, penes ſcilicet humoris expulſi copiã,ac expulſionis eiuſdẽ impetũ; dein penes expulſionis durationẽ: penes enim duo hæc potiſſimum ſtat vacuationis ſpontè factæ proportio; quæ ſi à mediocritate deuiet,quoniam aut nulla, aut nimia, aut ſaltem mancha ſit; ſem-

per ideo vel ut ſignũ, vel ut cauſa, roboris uirium certum argumentum eſt; Vt ſignum quidem, ſi illa tum quo ad impetum, tum quo ad durationem, infra mediocritatem ſtet, & eo certè magis, quo ipſa nulla obſeruetur; quoniam tunc vires eſſe depreſſas, & impotentes apertum ſignum eſt; præſertim ſi deficiens vacuatio ex earum genere fuerit, quæ poſt coctionem, declinante morbo, ſponte fieri conſueuere, hæ quoniam neceſſariȩ cum ſint, quandocunque defecerint, imbecillitatem manifeſtam oſtendunt; at contra, ſi ex genere earum ſit, quæ intempeſtiuè, per vim, ipſis etiam morborum initijs adeſſe plerunque ſolent: illȩ quippè licet dum tollant quod noxium eſt, & vires ipſæ ferant, ut plurimum utiles eſſe videantur, quia tamen neceſſariæ nullo modo ſint, deficientes ideo nullum uirium defectum arguunt, ſed magis robur; quando tunc humores intra modum ita uiribus contineri pateat, ut omni feritate ſuppreſſa, iam debitam coctionem expectet: Nonnunquam immo uacuationes huiuſmodi apparentes; vt urgentes nimis, cum nõ tolerentur, ita languoris cauſa ſunt: at diminutæ, apertum humoris, aut copiȩ, aut malitiæ; præbent indicium, adhucque impotentiam uirium manifeſtam autumant. Impotentia quamquam hæc, vel ex diſſolutione, vel ex oppreſſione ducit originem; atque ex oppreſſione deterior minus illa cenſenda, quàm ſi ex diſſolutione contingat; Vt cauſa vero, cum etiam ſi uacuatio

tio opportuna credatur, omnem tamen mediocritatem excedat, adeò quòd & impetu nimio adoriatur & diuturniori tempore duret; etenim tunc ut ſemper vltrò quam par ſit ſpiritus exoluuntur, ita vires afficiuntur magis, & debilitantur. Verum enimuerò mediocritatis terminus, ex ipſa quidem peccantis humoris copia, decernendus eſt, ut uidelicet illi purgando proportione reſpondeat; atqui magis ex virium tolerantia, quæ admodum rarò vacuationem humori proportionatam ferre ſolet; Vnde ſemper vacuationis impetus, atque duratiò, ita tolerantiæ æquiparanda eſt, ut humor totus demoliatur, citra uirium tamen labem euidentem; quod porrò contingit, quando, ſi non impetus ſufficit, duratio ſaltem ſatisfaciat, quando inquam humor, qui multus, uacuationis impetum magnum expeteret, eiuſdem euacuationis duratione ſola, ſenſim expellitur.

RELIQVA NATVRÆ OPERA examinantur, quibus tandem robur exprimatur. CAP. VIII.

RESTAT iam ut de robore viriũ, ex operibus conſeruantibus, iudicium fiat, quatenus in ipſo corporis habitu, illa, tam inter inſtaurandum, quàm inter curandum exercentur. Porrò in uentriculo, & hepate, paſtu confecto, & ibidem quod inutile erat omniquaq; deuicto, expurgatoque, tandem ægri corporis uniuerſi habitum refici, & ab omni morboſo ſucco mundari operæpretium eſt: id enim ultimum naturæ operantis eſt opus, vnde ſanitas, & operum integritas, & ex quo ultimò etiam, ut ab effectu, licet de robore virium eius facere coniecturam; Namque ſi pro uiribus per ſanitatem conſuetis, ipſe ægri corporis habitus conſeruetur, foueaturque, certum eſt, robur innatum integrum eſſe, non item ſi contra. Eſt enim habitus hic, ipſa ſubſtantię moles, qua corpus bellè conſtructum, uiuificanti animæ ſubeſt, vtcunque ergo illa ſe habuerit, omninò ex conditione propria, quales naturæ uires, inter reficiendum habitum, cenſendæ ſint, aptè ſatis colligi poteſt; Etenim conditio eius, licet confusè, attamen ipſis ſenſibus patet, obſeruata nempè molis proportione,

atque ſubſtantia, licet adhuc color, non leue ſit veritatis argumentum; proportio verò hæc attenditur penes conformationem, magnitudinem, numerumque, & ſitum ipſum, penes quæ cum iuſta proportio adſit, penes eadem habitus melior, vel deterior eſt; Etenim, poſito omnia hæc aliàs naturę inſtaurantis beneficio congrua extitiſſe, iã verò, eiuſdẽ naturæ impedimẽto, incõgrua euaſiſſe, neceſſariò fit; ut attractionis opera, retẽtioniſque, vnà cum alimenti coctione, in torius, vel partis habitu, ex quaſi certa cauſa, intercepta, iuſtè non proſequãtur. Contra, ſi aliàs fuerint, robur enim tunc virium, ab eo quod per ſanitatem inerat, parum diuerſum adeſſe, operaq; inſimul omnia conſeruantia, ſufficienter exerceri, iudicandum eſt.

Cæterum, proportionem hanc ea ratione expendere opus eſt, qua reſpondet ætati; vt enim non omnibus eadem à natura ineſt quadrata proportio, ita nec per ætatem quilibet à teneris annis inditam conſeruat ſemper ſimilem, ſed euidenter immutat; proportionem ſequitur ſubſtantia, ſeu mauis ſubſtantię conſiſtentia, vndè mollities, & durities, cum raritate, ac denſitate, quaſi effectus, obſeruanda eſt; atque ſi mollities, & raritas, præſto fuerit, nulli dubium quin opera conſeruantia imbecillius proſequantur, validius autem ſi durities, (tamen mediocris, quia excedens vitium eſt) cum denſitate aderit; hæc enim ſolidiorem nutritionem autumat; illa tenuiorem; Sed quod de to-

tius habitu dicitur, de habitu etiam partis intelligendum eſt, quando tamen pars ſenſibilis fuerit, quia dum fortè obtegatur cute, lateatq; & ſolis ſenſibus, per quid, quod ex conditione illius bona, vel mala, tanquam effectus ex cauſa, ſequatur, innoteſcat, non niſi tunc, per coniecturas iam mente conceptas (ſi quæ ſint) illam inquirere conceſſum eſt; Verum enim verò, ad meliorem boni habitus euidentiam color aderit, quaſi roſeus, floridusq; qui veræ ſanitati congruens eſt; Color quãdoquidem prædominantem, vigentemque inprimis humorem ſequatur neceſſariò, at ſanguis purior, ex quo hic ſanus color oritur, non niſi in verè ſanis, necnon & in conſtantes ſatis vires habentibus, prędominatur, ac viget; quanto igitur color viuidior fuerit, tanto habitus melior, (ſublatis accidentibus contingentes præter naturam alterantibus) æſtimabitur; at quanto flaccidior, tanto deterior; At hic ipse color quamquã extrinſecus ſeſe in ſingulis quibusque corporis partibus offerat, quibus maximè conſentiunt internæ, potiſſimum nihilo minus in facie ſemper elucet; Facies etenim præcipuæ corporis noſtri parti, cerebro nempè, hæreſcens, in quod nutritionis ergo, ob ſibi inditum munus, non melior ſolum, ſed & copioſior, ex toto corpore, influit ſanguis, cuius dein faciei cutis à ſubiecta carne parum diuerſa exiſtens, quaſi aliud non ſit, quam ſumma, & extima carnis faciei portio exſiccata; quicunque idcò in corporis molem effun-

effunduntur ſucci, conſpectius, & dilucidius in facie, quam in reliqua corporis cutè, efflorescunt, vt facies ipſa, quaſi interiorum corporis affectuum index, & ſermo quidam tacitus, cenſeatur: Facies itaque viuida, boni ſanguinis copiã arguit, cerebro nempè, cuius illa magna pars eſt, eodẽ vndiq; referto; Contra, ſi facies viuiditatem amiſerit, palloreq; aut etiã liuore afficiatur, bonũ ſuccũ deficere, bonamq; nutritionem, vnà cum viribus omnibus, diminutã eſſe, manifeſtum eſt argumentum, quia ſcilicet pabulum, ex quo nutritio fit, mali ſucci, corruptæque ſubſtantiæ ſit, nec pro neceſſitate, facultas expultrix, quæcunque ipſi pabulo praua inſunt, vt iam ſecreta, ita foras expellit. Ex facie ergo ad cerebrum, & ab illo, ad vniuerſum corporis habitum, ob ea quæ dicta ſunt, inſtaurantis virtutis robur, meritò deducitur. Sed quantum robur virium hoc, inter curandum, in habitu corporis vigeat, profectò patet ex his, vnde ſaltem coctionis, & expulſionis ualiditas, in eodem habitu, celebrata clareſcit; Namque ex coctione, quonam uſque uirtus humori peccanti dominetur, apparet, at ex expulſione, an ne ſufficienter eadem virtus, in noxium, & inutile, inſurgere poſſit, manifeſtũ eſt; Per humoris porrò coctionem, expurgationẽque, ipſe totius, vel partis corporis habitus priſtinæ integritati redditur, uel ab ea recedit; Sed innoteſcit in habitu coctio, expulſioque, ſaltem uniuerſim, tanquam ab effectu, ex eo quod cum ha-

bitus ipſe, per peccantis humoris præſentiam, perperam afficeretur, nec proprijs inſeruiret munijs, iam uerò uel ad priſtinam integritatem, uel in deterius palam proficiſcitur: ſpeciatim quippè, ob ea quæ partim ex morbo, partim ex ſede, & ex cauſis partim, oriuntur inditia, communi regula aſſequi non eſt conceſſum; Quamquam ſi quis fortè præſſius humoris peccantis in habitu demolitionis modum fuerit contemplatus, in euidentiorem quandam, atque ſenſatam, melioris, uel deterioris, tàm coctionis, quàm expulſionis humoris in eo, notitiam facilè perueniet; Namque aut peccans humor demolitur, quoniam ſimul, atque ſemel coquitur, & expellitur, quia ut ſenſim per partes ſuperatur, ita paulatim, uel latenter, uel apertè expurgatur; aut quoniam totus integrè coquitur, primum, dein totus foras expellitur, quod illi uidelicet integrè alterato tantummodò, integra, & tota ſimul euidens ſuccedat expulſio: equidem modorum horum qui prior, ut naturæ maximè congruens eſt, ita magis tutus, & naturalis exiſtit, ut quodammodo impoſſibile ſit illum uires in habitu collapſas arguere, niſi fortaſsè humoris impedimẽto, ut puta, ſi eius partibus dumtaxat tenuibus, & fluidis diſſipatis, craſſiores adhuc congeſtæ maneant, quæ demum penè condenſatę demolitioni renitẽtiores ſint, atque ita malum aliud priori deterius inducant: tunc enim imbecillitatem adeſſe certum argumentum eſt.

Atqui

Atqui modus qui poſterior, quamquam etiam ſecundum naturam ſit,& cum uirium robore ſtet, ille attamẽ maioribus obnoxius eſt incommodis, undè languor ipſarummet uirium promptè contingit, porrò dum coctio, alteratiouè humoris ſimul tota fiat, non ſolum (niſi proprio ille uaſe reſideat) poſſibile eſt inde abſceſſum, cum continui ſolutione, ſequi,& conſequenter malum priori ſæpè deterius, à quo uirium imbecillitas ducat originem. Verum interea poſſibile eſt etiam illum caloris naturalis regula deſtitutum aliquando peſſimè ita corrumpi, vt inde ſeuiſſima orta ſimptomata maiorem imbecillitatem arguant; Ad hæc ſi expulſio tota ſimul celebranda ſit, non raro ob imbecillitatem imminet incommodum, quod eſt irrationalis humorum in aliam partem translatio, vndè aperta quidem prioris mali deſtructio ſequitur, cæterum, noui & fortaſsè peioris, euidens exortus, quin immò tunc poſſibile etiam eſt, expulſionem tanto impetu fieri, ut languor euidentiſſimus ex ea ſequatur. Et ſanè, his coniecturis, vnà cum his, quæ in ſuperioribus de expulſi humoris conditione narrata ſunt, an uirium robur in habitu corporis vigeat, langueatvè, vniuerſim ſaltem fiet conſpicuum.

Et hac arte, vel methodo, ex ipſis conſeruantibus naturæ operibus, quantum, & quouſque natura ualeat, colligi poterit; Reſtaret ut ex operibus eiuſdem perfectius de ipſiuſmet naturæ potentia iudi-

iudicium fieret, verum tamen cum opera hęc ipſi naturæ fouendæ, conſeruandæque neutiquam ita fauere planum ſit, (excipiuntur expulſionis, attractioniſque opera aliquot, quæ ſine his exerceri perfectè non poſſunt, vt deglutire, per tuſſim expuere, & alia) vt meritò ſemper, uel tanquam effectus, uel tanquam cauſæ, ſufficientem præbeant de naturæ robore coniecturam, ſed eatenus ſemper duntaxat uires naturæ ualere oſtendant, quatenus verum ſit, ipſis ualidis prodeuntibus, vires naturæ eo planè vigere, quo ex ipſiſmet, illæ, quaſi ad uegeta conſueta munia quodammodo excitari videantur; ex his propterea Medico, naturæ vires aduerſus morbum dimicantes, inquirenti, vniuerſim illud pronũciare licet, quod videlicet, perfectiuis operibus imperfectis apparentibus, lãguor naturæ etiam adſit, & quidem contra, præſertim ſi operum conſeruantium conditionem, perfectiuarum illam ſequi, ex apertis coniecturis, ſit manifeſtum; & id magis atque minus à Medico pronunciandum eſt, quo magis atque minus operum conditio perfectior æſtimabitur; Namque ut perfecta ea ipſarum operationum eſt, quæ conſueto naturæ conſentit, ita imperfectior earum eſt ablatio, deinde corruptio, & tertio diminutio ipſa; At inſuper cum earundem perfectiuarum operationũ triplex, vt dictum eſt, ſit gradus, vel differentia, eo quod cognitiuarum vna, & loco motiuarum altera, ac genitiuarum tertia videatur; vtique hoc

ordine,

ordine, ex his, de virium robore æſtimatio facienda eſt; Quod nempè genitiuarum differentia cæterarum differētiam longè præcedat, vt puta, quia conſeruantibus conſentiat magis, perindeque illis in omnibus proximius accedat; Verum loco motiuarum gradus ſuum poſtea locum habeat, quoniam poſt multa, vel vno progreſſiuo motu, ipſa conſeruatio foueatur, & vigeat; Tertiò & vltimò, cognitiuarum ordo ponitur, qui ut longè à vitę cõſeruatione diſtat, ita longè multum, ſaltem ut cauſa, differt à ſignificatione aliarum, quamquam ſæpè ut effectus, præcedenti maximè conſeruantiũ operationum languore, aliquid euidenter de naturæ robore docent; Sed de uirium naturæ potentia, hactenus ſatis, quę profectò in ęgro quouis, nũquam ſimpliciter æſtimanda eſt, ſed diligenti facta comparatione ipſiuſmet præſentis cum præterita, quoniam per morbum ſemper illa debilior, quam per ſanitatem eſſe conſueuerit, unde ſi illa per ſanitatem fortis ſit, per ægritudinem minus debilis cenſenda, quam ſi per ſanitatem debilis, & languens apparuerit; Vt autem quanti ad futurum ægri exitum præſagiendum illa æſtimanda ſit, percipiatur, omnia quæ hactenus diximus ſub utroq; ſtatu examinanda, recognoſcendaque erunt.

QVAN-

QVANTVM IN EXPVGNANDO Morbo ars operanti naturę ſecunda futura ſit, deinceps examinatur.

CAP. IX.

NATVRAM Sequitur ars, cuius ope frequenter manca, ſopitauè illa, aduerſus morbos, ſimptomataque excitatur; Quare poſt naturam, artis quoq; robur pręnoſcendum eſt, ut illo, cum morborum, & ſimptomatum, malitia, comparato, euidens fiat quid ex mutuo ipſorum conflictu expectetur; Ars itaque hęc medica quamquam hominis ingenio ad ſui calamitates arcendas inuenta, propagataque, ut perinde tota conſtet experimentis, imperitisq; ideò credatur, remediorum, quibus infeſtantes morbi depellantur, quidam ueluti cumulus, ſeu farrago, lõgo ſcilicet horum uſu probata collectio, quia attamen non temerè, nec ad arbitrium, ſed methodo recta, ac neceſſario, ſapientique conſilio, in finem omnia dirigit, ſeruata nempè omniũ qualitate, quantitate, & ubique opportunitate, meritò illam, quoddam ueluti naturæ agentis ſimulachrum, exiſtere uerifſimum eſt; quippè diligenti naturę imitatione, ſtudium, & opus omne dirigat, vt vita ſalua, & incolumis, quam fieri longiſſimè poſſit, perducatur; Verumtamen, cum pro poſſe

ſolum

ſolum id ipſa præſtet, peragatque, fit, vt naturæ quidem adiutrix aduerſus hominum morbos cenſeatur, & vt interdum etiam quaſi opifex primarius ſit, nonnunquã autem ut ipſa nullius eſt vſus (ſæpè enim licet expectatur, multis tamen occaſionibus prohibetur) ita plerunq; tum fruſtra, tum perperam deſideretur. Inter præſagiendum ergo, ne multum, parum, aut nihil, illa ſit aliquando curationi morborum profutura, & ne per ſe ſola, uel unà cum naturæ potentia, ſanitati ſit opem latura, neceſſariò examinandum. Itaque, vt omnibus benè inſtitutis artibus, quarum finis etſi non ſemper certus, ille tamen ſemper, experimento ſaltem, rationeque duce, proſequi ſolet, & ut plurimum cõſequitur; hoc vnum commune eſt, vt cum artifex propriam meditaturus potentiã fuerit, primo quoque operis ingreſſu, totius eiuſdem operis ideam ante oculos habeat, hoc eſt, fine ſibi operis conſtituto, omnẽ dein artificioſi operis progreſſum præmeditetur; Præterea verò, ut cuncta ad cõſequendum finem requiſita, iamque reperta, pro ratione, diſponat; atque ita, ne eadem ſibi inuicem directè ſuccedant, in finem tandem ex uoto terminatura, prænoſcat. In his porrò omnis artium potentia hactenus collocatur, quatenus finis per artificem intentus, ex his tantummodo bellè valentibus, inuicemque ita ſe habentibus, potenter, & validè proſequatur; atque ſanè magis, minusvè, quo meliora, deterioravè fuerint omnia. Ita proculdubio

bio etiam medicina, quæ artium omnium præclariſſima ſemper eſt habita; Medicus inquam miniſter eius, inter aggrediendum opus, propriæ artis potentiā præcogniturus, præ omnibus medendorum morborum progreſſum, & ordinem ſibi futurum proponens; poſtmodum verò requiſita omnia ad id inſtrumenta accuratè perquirens, recteque ſua mente diſponens, demumque prudenter in finem omnia dirigẽs, profectò quantum ſibi per artem de ægri exitu ſperare liceat, ſatis apertè præuidet: id autem eo euidentius, certiusq; euenturum ſibi proponet, quo omnia requiſita appoſitius intento fini reſponſura, ſecundum rationem inueniet. Quamobrem, ſi inter præſagiendum, quis artis medicę habere potentiam deſiderauerit, duo ſemper ſibi ante oculos ponet, & horum Primum erit, conceptum medentis opificium, hoc eſt operum proſequendorum methodus ipſa, ad faciendam certo morbo medicinam, præmeditata; Secundum erit, inſtrumentorum deſideratorum, & inuentorum conditio, ſiue potentia, qua opus ipſum proſequi, abſoluique poſſe, ex ratione deducitur; Atque in ſingulis his, ille tria hæc, qualitatem ſcilicet aptam, ſufficientem quantitatem, & idoneam opportunitatem ſupponet, ex his quippè præuiſis, præſagium facilè fit. Verum enimuerò, medentis opificium, operumvè omnium perficiendorum methodus, ſiue ad conſeruanda, quæ ſecundum naturam ſunt, ſiue ad pellenda, quæ

præter

præter naturam urgent, à Medico fuerit mente concepta, ex his ea potiſſimum deducenda eſt, ex quibus operum proſequendorum neceſſitas indicatur: Indicatur autem ex uiribus inprimis, dein ex morbo, vna cũ cauſis, & ſimptomatibus conſequentibus; Vires namque omnimodã ſui conſeruationem indicant, hæc verò ex ſalute eorum pendet, quæ ſecundum naturam ſunt. Quatenus ergo Medicus methodum ſibi proponet, quã res naturales omnes ſeruari commodè poſſint, eatenus quoque ille, vires ipſas, quibus potiſſimum intentus finis aſſequitur, conſeruabit; Morbus contrà, vnã cum cauſis, & ſimptomatibus, demolitionem neceſſariam expetit. Quapropter, vbi uiribus fuerit conſultum, ſi dein Medicus pellendis omnibus præter naturam præſentibus, ſibi ſufficientem methodum propoſuerit, quæ adamuſſim quadret intento, ut ſemper, & neceſſariò, illud conſequetur; Sufficiens autem methodus eſt, & quadrat intento, dum ſecundum qualitatem conuenientem, appoſitam quantitatem, & opportunitatem denique intento debitam; cuique operi illa præponatur; alias quippe contrarium ſit neceſſariò euenturũ. Ergo, ſi qui doctus, prudensq; fuerit, & recta ratione hanc exactam operum omnium ad curationem requiſitorum, methodicam ideam, mente conceptam, præmiſerit, ſanè ſuæ medicinæ potentiam præcognoſcet, an videlicet ea eiuſmodi ſit, quę multum, parum, vel nihil, naturæ

turæ languenti ſit opem latura, vel adhuc per ſe ſola integrum opus completura ſit; & porrò magis minusvè ex uoto futurum, quo magis minuſvè operum ipſorum methodus in finē dirigatur; Atqui hoc, dum certus morbus, vel ſimptoma, in certo ſubiecto, ex determinatis cauſis, præcisè tractetur; Etenim, ſæpè fit, ut corpus affectum, affectio, & cauſæ afficientes, ea ratione ſtent, qua arti magis, quàm naturæ, ſint obtemperantes, quia ſcilicet tunc ars ſola per ſe ſupra naturam ualeat, ſæpè verò contra, naturæ potius, quàm arti, quia nempè ars, re vera, quod expetitur, præſtare nullo modo poſſit; & ſæpè demum utrique ſimul, puta arti, naturæque, atque ſecundum has ſe habendi differentias, directio methodicorum operum artis in finem clarius eluceſcit. Accedit operibus Medicis præcognoſcendis, inſtrumentorum adminiſtrandorum ratio.

Inſtrumenta autem hæc, ad conficienda medicinæ opera requiſita, multorum generum, vel ſpecierum ſunt, quorum uniuerſim conditio debita, in eo poſita eſt, ut facultate ea donentur, atque potentia, qua operi artis commodè ſeruiant; Veniunt autem facultatis nomine, tum qualitates actuales, uirtualesvè omnes, quæ adhibitis ad curandum inſtrumentis naturaliter inſunt; tum poteſtates, ſeu uires quæuis illiſmet arte impreſſæ, quando & illis, & iſtis medica ipſa inſtrumenta donari, ut plurimum ſit operę pretium; Illis porrò, ut ſecundum

naturam

naturam agant, puta refrigerent, humectent, & ſimilia præſtent; Iſtis uerò, uel ut illis opem dent, uel ut ſecundum artem agant, puta è loco mota reſtituant, diſiuncta coniungant, & talia penè plurima operentur, quę aſſequendo curationis fini rectè deſeruiant, quæ ſcilicet uel ijs, quæ ſecundùm naturam ſunt, appoſitè faueant, uel quę præter naturam ſunt, quomodolibet aduerſentur, quoniam ut ſimilia ſimilibus conſeruantur, ita cōtraria contrarijs deſtruuntur. Hæc etſi omnia in hoc, vel illo ęgrotanti pręcisè ſint contemplāda, utiam nō vagum, ſed certum iudicium proferatur; Ita ſiquidem recta eorundem inſtrumentorum vſurpatio ad finem conſequendum neceſſaria prænoſcatur; Hæc porrò, poſt unam qualitatem in qua potiſſimum inſtrumentorum virtus collocatur, & ſecundum quam inprimis attendendum, vt inſtrumenta omnia tali diſpoſitione naturali, vel artificiali donentur, qua requiſito operi perpetrando commoda ſint, qua inquam partem laborantem ſuis uiribus quàm facilè pertingant, in eaque præſtent, quod operæpretium eſt; Iuſtam quoque eorum menſuram, cum rationabili, & opportuno utendi modo, complectitur. Menſura etenim eorum, ſeu quantitas, operi proſequendo, aſſequendoque fini, ſufficiens eſſe debet, quoniam ſi illa intra modum fuerit, ne vel nihil penitus præſtet, vel morbi reliquum derelinquat, periculum eſt; Si verò modum ſuperet, ne contra, nouum morbi

Digitized by Google

genus priori aduerſum perperam inducat, timendum eſt; Vnde quo magis minuſve proportionatę mediocritati illa appropinquabit, ſiue id Geometricè fiat, ſiue Arithmeticè, eo magis, minusvè ſatisfactura eſt. Obſeruandum licet adhuc ſit in eis, vt opportuno operi, per euidentem idoneitatem, ea reſpondeant, quando præſertim, opportunitatis beneficio, ars ſecundam naturam habeat, & illi ſummè opituletur; Illud autem opportunum inſtrumentum erit, quod dum expetatur, etiam toleretur; Expetitur quidem modo prius modo poſterius, prout vnum prius quàm alterum indicatur, quod vel ex urgentia prouenit, uel quia unum alterius ſit principium, aut ſaltem cauſa ſine qua non; Toleratur verò, ſi dum expetitur, æquè feratur à uiribus; quippè ſæpè quæ priora, quoniam ferantur minus, ideo ex arte poſteriora ſunt. Itaque opportunitas hæc inſtrumenti deſideratur, ut quando defecerit, non tantum vana, ſed quoq; pernitioſa artis inſtrumenta futura ſint omnia; Eo autem magis minusvè illam adeſſe cenſebimus, quò eadem magis minusvè indicationi eorum, & tolerantiæ appropinquabit. Vt multum ergo, aut paucum, futurum artis auxilium, in proſequendis morborum curationibus, prænoſcatur, tanta meditari oportet. Reſtat ut de morbi magnitudine, ſeuitievè, ſermo ſit.

MORBO-

MORBORVM SIMPTOMATVMQVE magnitudo, atque ſeuities, quanta ſit, demonſtratur. CAP. X.

ITAQVE poſt naturæ, & artis præſtantiam, quam hoc ipſo morbi, & naturæ ſingulari certamine, dum futurus ęgrotantis exitus preueſtigatur, primo loco expédere neceſſariũ fuit; ſequitur pernitiei morbi magnitudo, quam etiam occaſione eadem, ut aliàs diximus, ſecundo loco nouiſſe operæ pretium eſt. Pernities vtique morbi, ea illius malitia eſt, qua ſanitati inſidiatur, qua inquam nos à recta conſtitutione decedentes tendimus ad interitum; Siquidem ut ſanitas ea indita nobis conſtitutio eſt, qua inter uiuos incolumem uitam agimus, atque illud, quo, ex propria ſeruata conſtitutione, idipſum conſequimur, fauor beneficiumque ſanitatis eſt; Ita cum morbus, præter naturalis ſit adueniens conſtitutio, qua nos à recto decedentes morimur, dubio procul id quo iam labefactamur, depopulamurque, morbi, ſimptomatisque malitia, vel pernities, cenſebitur: Qualis ergo hæc in morbis habenda ſit, primum explicandum eſt nobis, ut quanta poſtmodum illa æſtimanda ſit, dilucidum fiat: Etenim morbus, cum ſimptomate, ex

quacunque cauſa ducat originem, aut oppreſſione, aut diſſolutione, uitæ noſtrę inſidiatur, pernitioſusq; nobis ægrotantibus eſt; vel oppreſſa, pręfocataque caloris innati baſi, nempè ſpiritibus, naturæ uires inde nutrirę, ſuis quaſi faucibus preſſę, ſtrangulatęque decidunt, & pereunt: uel eadem diſſipata, ſiue deſtructa, uires eędem, ſuo quaſi fulcimento deſtitutę, cadunt, & in nihilum rediguntur, ſubindeque neceſſariò, utrouis modo parentur inſidię, uita noſtra periclitatur. Ne oppreſſione igitur, reſolutionevè, idipſum contingat, & qua ratione contingat, uniuerſim colligendum eſt, ex cauſis, & ex effectis, unde nos de re latenti, & ſenſus effugienti, coniecturam facere ſemper decet.

Effectus quidem, tam oppreſſionis, quàm reſolutionis languor eſt, & uirium naturę debilitas, ſed vndecunque illa prouenerit, nullam unquam patitur differentiam; per quam proprij principij diſſimilitudo pateat, quin immo ſimilis vbique eſt, ſolumq; differt ſecundùm magis, atq; minus, & quamquam oppreſſio repentim lędit, reſolutio autem ſenſim, attamen ob multiplicem originis utriusuis complicationem, differentia hæc minimè conſtans eſt; Adeò quod non niſi ex pręgreſſis, & præſentibus languorem ipſum procreantibus cauſis, an oppreſſione, vel reſolutione languor fiat, colligi poteſt; Siuè ergo illas in morbū, ſimptomataque, ſiue in alterutrū cauſas, tàm coniunctas,

iunctas, quàm antecedentes (placeat etiam addere procatarticas) ipſe deduxeris, vtique illæ, aut oppreſſione, aut reſolutione, viribus, vt infra, inſidiantur; Reſoluunt enim primum, quà ratione virium ſubſtantiam, ſpiritus nempè, diſſipant, abſumuntvè; quod præ cæteris præſtant, alterando, calefaciendo nempè plurimum, exiccandoq́; , ita namque cùm ſolidas corporis partes facilè liquēt, facilius ſine dubio tenuem ſpirituum ſubſtantiam digerunt, diſperſioneque deſtruunt: Et ſanè valentius, ſi interea quæcunque nobis inſunt ad inſtaurandum opera deſint, vt ideo ſpirituum ſubſtantia reparari non valeat: & cur non magis ex expulſione etiam aduerſus noxia uiolentius irritatā? poſteaquam tunc ſpiritus valdè nimis exuberanter abſumantur; Idem præſtant, dum ualidiori impetu ſuo, mentem, ſenſum, & motum, perfectiuas denique operationes omnes, grauiter perturbant: quippè tunc vt corpus vniuerſum euidenter abſumitur, diſtractis, ſcilicet ſpiritibus, ab opere inſtaurationis opportuno; ita neceſſariò ſpiritus, cum innato calore, manifeſta agitatione, vaneſcūt; Sed vires dein opprimunt, tum forte nimia refrigerandi potentia, quā ſpiritus immediatè extingūt ſupprimuntque, & certè magis, ſi venefica qualitate donati, vltrò illos cum innato calore iugulare apta fuerint: tum quādo neceſſariam ſpirituū ventilationem, per cordis inſpirationem, & vniuerſi per poros tranſpirationem à natura traditam, quo-

modolibet intercipiant, quia iam uelimus nolimus ſpiritus ipſos, & calidum, prohibita tranſpiratione coërcent, eosq; præpedito uſu vitæ, obruunt. Adde his demum, ſi perfectiua noſtri opera (ſiue ea mentis ſint, ſiue ſenſus, motusque, quibus moderatis, ſummoperè ſpiritus ad ſui inſtaurationem excitantur) vltra modum preſſerint, vt in ſimul ſpiritus ipſi, cum calido, palam marceſcant, quod valentius euenit, quoties ex his etiam opera conſeruationi noſtræ dicata manifeſtam adepta diminutionem ſint, ut corpus humoribus grauari, & obrui ſinant, tunc enim ſpiritus obtenebrari, & calorem opprimi neceſſe eſt. Naturæ igitur noſtræ uires quoties ex proprijs functionibus imbecillæ deprehendantur, ſi nulla ex cauſis dictis uehemētior antceſſerit, aut præſens ſit, quæ diripere, diſſoluereque uirium ſubſtantiam apta nata ſit; dubio procul oppreſſas illas eſſe cēſendum eſt, & magis, ſi alicuius opprimentis cauſæ indicia adeſſe uideantur; Vbi uerò contrà, diſſoluentem, diſſipantemque preſto fuiſſe cauſam iam certi facti ſimus, omninò uires debiles, non oppreſſas, ſed reſolutas exiſtere, ſtatuendum erit. Cæterum, his quomodolibet ſe habentibus, quod ſcilicet medijs occaſionibus, uel cauſis hiſce, uitæ noſtrę potiſſimum inſidietur, profectò illis iam optimè cognitis, non ſolum qualis morbi pernities fuerit, ſed adhuc quanti, in quouis ægro, ipſa ſit æſtimanda, patet.

Etenim ex diſſoluentibus cauſis lāguor maior

ex

ex opprimentibus autem minor: quod reſoluentibus ipſis omninò ceſſantibus, adhuc languor uirium ſtet, ſublatis autem opprimentibus, protinus ille deſinat, uireſque mox recreentur, & ad ſeſe redeant.

Ideò in ægro, cuius uires, ab eo quod pridiè per ſanitatem fuerat, quia iam diſſipatæ ſint, languẽt, ſemper morbi malitia maior, quam ſi uires oppreſſæ tunc fortaſſe fuerint: Niſi tamen oppreſſionis diuturnitáte, illæ ita iam proſtratæ ſint, ut diſſolutis meritò æquiparandę ſint: Vel quia etiam opprimenti cauſę, diſſoluens principium connectatur, ut ſubinde languor, tum oppreſſione, tùm diſſolutione, fiat: quo caſu, ut longè maior uirium languor eſt, ita ęgritudinis malitia longè deterior ęſtimabitur.

Verum enim uerò quanta ſit hęc uirium reſolutio, quantauè oppreſſio, ut pernities ipſa mali preſſius aſſequatur, cauſę ipſę tàm opprimentes, quàm reſoluentes, recognoſcendę ſunt, earumque uis accuratius ęſtimanda.

Diximus illas ad tria referri, ad morbum, ad ſimptoma morbo eidem annexum, & ad cauſam denique utriuſuis eorum. Quo poſito, certum eſt, hęc ex ſe, ſuaque natura, maiorem nobis, minoréuè, inferre uim, quatenus illa magis, aut minus à medioeri decedunt: Etenim conſtat magnum & paruum dici comparatione ad mediocre, atque in unoquoque genere, in quo exceſſus, & defectus

annotantur; media quędam ſtatuuntur, ad quę exceſſus, & defectus referentes, ſimpliciter tale iudicamus eſſe, quod in ſuo genere parum, uel multū excedit. Maiora igitur ex his erūt ea, quę inter reliqua naturam propriam maximè retinebunt, & in ſuo genere prępollentes fuerint, contra uerò minora: Vt puta quia eſſentia, & forma morbi, eſt ipſemet noſtrę cōſtitutionis à ſtatu naturali receſſus: hic itaq; receſsus à mediocri ſimpliciter in ſuo genere ualdè diſtans, morbus magnus eſt, paruus autem ſi parum. Ad hęc, ſit ſimptoma actio lęſa, lęſionis ergo exceſsus à mediocri ſimptoma reddit maius. Vltimo cauſa morbi, atque ſimptomatis, quamquam multiplex paſſim obſeruatur; utplurimum tamen humor eſt, qui qualitate, & quantitate peccat, quanto itaque maius tale peccatum eſt, tanto cauſa maior, deteriorue fiet.

Quare hanc ipſam pernitiei magnitudinem ex cauſarum eiuſdem quantitate inquiſituri, ſi omne iudicium in ſenſu poſitum fuerit, hę quoque magnitudinis, & paruitatis differentię ſub ſenſum cadent: conſpicua enim tunc fiet ipſa morbi magnitudo, quatenus uel receſsus à naturali intensè multus, aut paucus ſenſibilis eſt, uel item extensè ſpatium magnum, ſeu paruum corporis occupat. Pręterea, patebit etiam ſenſibiliter, quàm ualidū, ac uehemens ſimptoma ſit, & quam multum denique humor ſua quantitate, uel qualitate peccet. Si uerò ſenſum lateat, ita ut ex ſignis colligēdum

uidea-

uideatur, ex iiſdem quoque ſignis, differentia magnitudinis, & paruitatis, colligetur. Signa partim ex cauſis, & ex effectis partim haberi conſueuerunt; Inprimis autẽ morbi effectus plures ſunt, ex quorum magnitudine, ipſa etiam morbi magnitudo eſt conſpicua. Verum inter hos primas tenẽt, quę morbum ſequuntur ſimptomata, ex horum ideò ſimptomatum ualiditate, morbi magnitudo indicatur (hoc autem intelligas quando certum ſit, ſimptoma ex morbo, non ex cauſa morbi, habere originem, at certitudinem facit, tum eſsentię morbi, tum cauſarũ eius diligens examen, de quo alibi latius dictum) ualiditas autem hęc penes duo attendenda eſt, penes ſcilicet actionis receſsum ab eo, quod ſecundum naturam eſt, & penes dignitatem actionis, ac inſtrumenti, cuius eſt ſimptoma. Receſsus porrò actionis eſt triplex, ablatus, diminutus, atque corruptus, & quamuis deterior ſit ablatus diminuto, corruptus tamen ut plurimũ poſt ablatum collocatur, eo quia corruptus à recto prorſus ſit alienus, diminutus verò non item. Prętereà, actionis dignitas, ex eius neceſſitate pendet, quippè, quod eouſque illa preſtans ſit, quouſque eadem fuerit, mediatè, vel immediatè, ad uitam conſeruandam neceſſaria. Inter alias principem locum obtinet ſpirituum uentilatio, quę pectoris, & arteriarum ſiſtolo, ac diaſtole, in uniuerſo corpore fit, per quam ſcilicet inſitus calor, uitę noſtrę ſalus, vbique corporis refocillatur. Demum

ſequitur

quad
auctus
et auct
et aucti

ſequitur ipſa nutritio, quę uentriculi, hepatis, ſingularumque partium uniuerſi, coctione celebratur, ut ſubinde aſſimilatio ſubſequatur: Tertio & vltimò loco eſt ſenſuum, motus, & mentis exercitatio, quę actio noſtri corporis perfectiua eſt, cuius vſus ad uitam iam alibi fuit expreſſus. Actionum deinde organa ea ſemper digniora cenſentur, quę vel ſubſtantię raritate, & tenuitate donantur, ob quam nimis promptè afficiantur, ut pulmo, iecur, & cerebrum, ſimilesvè partes: Vel ſaltē ſenſu exquiſitiori prędita ſunt, quę obiectū quod uis promptiſſimè percipiant, veluti neruoſę partes omnes tales eſſe uidentur. Sequuntur efficientes morbi cauſę, ex quibus eadem morbi magnitudo colligi debet: Si enim magnę ſint, magnum morbum, quem efficiunt, eſſe docent, ſin autem paruę, paruum. Quoniam uerò hę ferè ſemper, ut ſuppoſuimus, humores ſunt, qui tum qualitate, tum quantitate peccantes morbum efficiunt, vtique quanto magis tum à quantitatis, & qualitatis mediocritate deceſſerint, omninò tanti cauſæ morbi magnitudo æſtimanda erit, & morbus ex ſigno à cauſa deſumpto, magnus vel paruus iudicabitur. Quantitatis mediocritatem, tunc, vt aliàs dictum eſt, humores prætergrediuntur, cum illi iam congruam viribus menſuram excedentes, morborum cauſa fiunt, prætergrediuntur autem per gradus, magis atque minus, vt perinde maior minorūe morborum cauſa ſint.

Verum

Verum poſteaquam prætergreſſio hæc quantitatis, vt plurimum, ſenſum latet, operæ pretium eſt illam mente ex cauſis, & ex effectis inquirere; Ex cauſis puta quibuſuis, vnde, vt alibi demonſtrauimus, humores ducunt originē, quippè quanto illæ maiores, potentioresque præceſſerint, tanto plures, copioſioresvè producuntur, & congeruntur humores in ægri pernitiem; Ex effectis verò, humores quantitate peccantes, conſequentibus, quoniam quanto ipſi lenes, tanto minores cenſendi ſunt. Ad hæc, qualitatis mediocritatem humores excedunt, cum illi iam propriam ſimetriam amiſerint, corpori cui inſunt moleſti sũt; Simetria porrò hæc, qualitatum harmonicum temperamētum ſanitati congruum eſt, cuius demum exceſſus, morborum neceſſaria cauſa eſt; Excedit autē magis atque minus, per gradus, vt ſimiliter maior minorvè morborum cauſa fiat; Sed exceſſus iſte quoniam ſenſus latet, ex cauſis ideo, & effectis indagandus eſt; ex cauſis inquam illis, vnde etiam quantitatis error habetur, quippè cauſa vnde maior, minorvè quantitas pendet, maioris, vel minoris etiam qualitatis origo eſt; Si quidem de qualitatibus primis, illiſque directè, ac per ſe genitis, ſermo ſit, quoniam earum quæ ſecundæ ſunt, vel indirectam, accidentalemque originem habere poſſunt, exceſsus cauſa aliundè petenda eſt; petenda inquam ex ijs omnibus diligenter cognitis, vnde ægrotāti qualitas ipſa quomodolibet impertitur;

titur; ex effectis autem, ſi illi prauo quodam more donentur; quo, quaſi à tota ſubſtantia, ad veneni influxi inſtar, ęgrotanti aduerſentur, illique ſeuiores referant impetus, quam pro ratione conditionis humoris conueniat; quo ſanè caſu, qualitatum exceſsus valdè nimius, peruerſusque eſt; quoniā ſi contra, mos pro conſueto obſeruetur, etiam ſi mors inde ſequitur (ſequitur autē exceſsum, qui licet huic comparatus minor ſit; attamen viribus collatus ſemper maior) nihilominus exceſsus mitior, ac lenior eſt iudicandus, ab ijs præſertim, qui in re medica exercitati, morbos paſſim vagantes perſcrutantur.

Ita quidem pernitiei morbi magnitudo, quanta ſit, medico curanti fit conſpicua; atque ſic accurate expenſa, & demum cum naturę potentia comparata, ſatis tutam de exitu ægrotum coniecturam præbet.

Sed expectati exitus tarditas, celeritas vè, ex eiſdem ducit originem, ex quibus exitus ipsè cauſaturus eſt; quia celeritas, & tarditas ſolam arguant principiorum promptitudinem, vel impedimentum, & inprimis commodam ſubiecti corporis ad patiendum diſpoſitionem; vel incommodam; Quatenus ergo ab his uires ſenſibiliter magis afficiuntur, vt propterea moleſtiam morbi longius ferre nullo modo poſſint, aut contra, eatenus morbi exitus breuior, longior vè expectandus eſt; Quāobrem, poſt agnitam pernitiei morboſæ magnitu-

dinem,

dinem, cujus occaſione, ſalubris, aut læthalis exitus expectatur, vt adhuc eiuſdem tarditas, vel celeritas habeatur, moleſtiæ impetum expendere oportet, quod utique dum ſenſum lateat, nec per ſe ſpectabile ſit, diſcurſu mentis haberi poteſt, ex ipſiuſmet moleſtiæ cauſis, vel effectis, ex cauſis porrò, ſi quæ moleſtiam faciunt, eædem ad agendum concitatiores extiterint, hæ namque celerem morbum omninò reddunt, qualem, humor calidus, tenuis, & acer, in corpore tenui habitu, eoq; calido, & ſicco, donato, poſset efficere; non item ſi lentæ, inerteſque ſint, quia quaſi ex frigido humidoque, hæberes redditæ, inertiam ſemper habent adiunctam; ex effectis autem, ſi, quam morbus, tum per ſe, tum per ſimptomata, moleſtiam infert, valdè nimis ita naturæ viribus ſit infeſta, vt non niſi breui temporis ſpatio illa ſuſtineatur, tunc ſanè celeritas præſto eſt; contra, ſi ea ſit minus viribus infenſa, quoniam cum longius ſuſtineatur, meritò tarditas ſuccedit. Sed iam præſagiendorum morborum ratio vniuerſim hucuſque tradita ſit, ad reliqua modo, quæ eorundem curationem continent, explicanda, deſcendamus.

DE

DE ARTIFICIOSA,

METHODICAQVE CVIVSQVE PRÆTER NATVRALIS AFFECTVS generica curatione.

PARS TERTIA.

QVI SCOPI CVRANTI MEDICO ante oculos habendi ſint, qualibusque vniuerſim operibus, & inſtrumentis ſatisfaciendum illis ſit.

CAPVT PRIMVM.

LApsam, & morbis afflictam noſtri corporis valetudinẽ in integrum reſtituere,ut uita ſalua, & incolumis quam fieri poteſt lõgiſſimè perducatur,unicum eſt, illudque potiſſimum in ægro corpore naturæ conſilium: Verum enimuerò,cum vel ipſiuſmet naturæ multipliciter languentis impedimento ſæpè ſępius deſideratum opus ſpontè aggredi,aut aggreſſum abſolui minimè poſſe contingat, Medica ars

meritò

meritò hinc ſummam adepta neceſſitatem eſt, ea quippè naturæ imitatrix exiſtens, inter profligandos morbos, illi potenter adeo faueat, quod interim pro poſſe nihil ſanitati profuturum derelinquat, quin immo ita proprium opus, & ſtudium dirigat, abſoluatque, vt ſæpè manca, inchoataque naturæ munera ubique expleat, atque perficiat, & interdum præſtantiora etiam gerat, quam natura ipſa queat efficere. Et porrò, id verum cum ſit, dubio procul, ægris ſolo naturæ fauore nequaquam ſeruaturis, præcipuum tunc Medici officium eſt, artis præcepto, eorum curationem aggredi. Eſt autem curatio, recta atque conueniens ad ſeruandos ægros omnes, pellendosque morbos, artificioſa remediorum vſurpatio, qua certè Medicus frequentiſſimè ut naturæ adiutor, verumtamen etiã ſæpè ut primarius artifex, ad ſanitatem adipiſcendam opem fert. Hac ipſa ergo curatione ut Medicus ſemper in ſuum obeũdum munus ægrum tutò perducat, uiolatam inquam ſanitatem illi, nequeunte per ſe natura, artificioſè reſtituat, operæ certè pretium conſultum, factumque eſt, ut ante oculos ſemper duos præ cæteris ſcopos habeat, in quos ut ſagittarius totis viribus intendens perpetuò intueatur. Quorum quidem unus, morbus eſt, & quidquid præter naturam moleſtum in eſt, quatenus ſanitatem auertit: Alter autem virium robur eſt, & quidquid ſecundum naturam ſanum corpus habet, expetitque, cuius equidem fauore,
ipſa

ipſa curatio inprimis abſoluitur, ut inquam Medicus duplici huic ſcopo incũbens appoſito opere ſatisfaciat; pellat népè, & deſtruat morbũ, vnà cum his quæ præter naturam adſunt; vires autem, & quæ ſecundum naturam inſunt omnia, foueat, atque conſeruet, tandemque amiſſam ſanitatem omninò reſtituat. In hæc itaque duo aſſequenda cum Medici curantis munia neceſſariò dirigantur omnia, ex eiſdem meritò quæcunque ritè molienda proponũtur, rationabiliter indicabuntur, & quaſi digito demonſtrabuntur indicijs. Plura autem ſunt ea quæ ad morbum, reliquaque non naturalia eradicanda neceſſariò peragenda ſunt; quando etiam morbus, & quæ præter naturam omnia, plura ſecum habeant, quibus, ut corpus afficiunt, ita in eo conſeruantur & uigent, quæ adamuſſim omnia, ut uiolata reſtituatur ſanitas, totọ conatu extirpanda ſunt. Et plura ea inſuper eſſe planum eſt, quæ ad conſeruandas uires, & ſecundùm naturam reliqua, utiliter requirũtur, quod itidem illa, ne vltrò afficiantur, multifariam tueantur, & ne denique pereant, ſufficienter reſarciantur, inſtauréturque. Sed quæcunq; ea ipſa ſint, iure ſingula ad proprios aſſequendos ſcopos accommodata, indicataque, qua ratione indicantur, eadem etiam, ut curatio rectè, & tutò abſoluatur, proſequenda ſunt. Quæ indicãtur, opera ſunt, & inſtrumenta, quoniam hęc ad curationem requirantur; ut enim aſſequamur quod cupimus, operę appoſi-

ro uti neceſſe eſt; opus verò ipſum ut proſequatur, idoneis eget inſtrumentis. Cæterum, quęcunque opera ſint hæc, & inſtrumenta, ea non niſi determinata qualitate, & quantitate prædita indicari certum eſt, dum tamen adhuc omnia opportunè, ac tempeſtiuè Medico curanti præſtò ſint. Principio quidem, opera talia ſunt, quatenus ad aſſequendos curationis ſcopos illa fuerint accommodata: Inſtrumenta autē viribus ſuis talia ęſtimantur, quia poteſtate, vel actu, operi deſiderato ſatiſfacere apta nata ſunt; Actu ſanè ſi promptas ita, & expeditas uires habuerint, ut primo quoque contactu, per ſe, & directè, nullius externi ſubſidij ope, vel irritamento, in nos operentur: Poteſtate verò, ſi eorum uis, ſiue facultas intus condita, & quaſi ſopita, nondum ita exeratur, depromaturvè, ut primo quoque contactu agat, ſed omninò alterius agentis ope egeat, nec aliàs operetur; Verum tam operum, quàm inſtrumentorum uires omnes, eo tendant oportet, quo uel ſua ſimilitudine, ipſi naturę, ac naturalibus omnibus faueant, quod puta naturali inditę conſtitutioni, in qua ſanitas eſt, verè conſentiant, vel diſſimilitudine, morbo, & reliquis præter naturam omnibus aduerſentur, quod affectū uidelicet corpus aliud reddere apta nata ſint. Experimento etenim, & ratione comprobatum eſt, morbum omnem, omniaque, quæ pręter naturam adſunt, contrarijs profligari, quippè illa contra naturam cum ſint, & perinde remo-

uenda, non niſi alio, quod alterum reddat, ſitque ipſis aduerſum, remoueri aliquãdo poſſunt. Contraria namque ſolum mutuò ſeſe perimunt, quatenus illorum quoduis, toto poſſe, quod ſibi ſimile eſt, ſemper efficiat, vt ſi cuipiam quod ipſi contrarium ſit adhibeatur, idem reddens ſibi ſimile, in contrarium omninò conuertat, perindeque deſtruat. Atque id cum ita ſit, vtique vt deſtructionis morbi, & præter naturalium rerum omnium ſcopus aſſequatur, hæc operũ, & inſtrumentorum contrarietas, Medico indicabitur. Qualis autem ea cenſenda ſit, equidem vniuerſim nõ facilè decerni poteſt, ea quãdoquidem multiplex ſit, quod in aliquo uis genere varia reperiatur, & tum per ſe, & directè, tum per accidens, & indirectè, quia vel morbo, vel fomiti eius, vel demũ alteri, quod præter naturam ſit, aduerſetur, ex quo ſiue impugnetur morbus, ſiue cauſa, aut quilibet fomes eius, cui primum adheret, ſat eſt ut cõtrarijs, morbum, cum ijs quæ præter naturam adſunt, deſtrui affirmemus. Ad hæc inter curandum, ad conſeruandas naturæ vires, ægrotantisque conſtitutionem omnem inditam reſtituendam, ſimilibus neceſſariò vti oportere, ratione ſimiliter, & experimento, certum eſt, quippè ex ſuppoſito, vnumquodque ad naturam ſuam illud conuertat, quod ui ſua attingens commodè ſuperauerit, quare ut à contrario ſemper immutatur, & diſſipatur, ita à ſimili ſemper conſeruatur, atque fouetur: Similibus itaque

cum aduerſus morbum, morbificaque omnia, naturalis conſtitutio, uireſque ipſam [illegible], & ſimilia ob id ſemper ad conſeruandum neceſſariò indicentur, æquum eſſet ſimilitudini ſpeciem determinare; verum impoſſibile eſt; quia ut contraria ad deſtruendum uaria ſunt, ita ſimilia ad conſeruandum diuerſa, quod ſæpè per ſe, ſæpè per accidens; interdum directè, & indirectè interdum talia cenſeantur, ac ſint; adeò, quod non niſi præuio eoque diligenti, adhibito ſtudio, poſt unũ operum delectum, propria inſtrumentorum requiſitorum qualitas, aſſequendis ſcopis ſatisfaciens, ſeligi poterit. Per qualitatem autem intelligo, non ſolum naturalem, ſed adhuc artificialem, ad ſcopum quoniam (quicunque ille fuerit) ſufficienter aſſequendum, poſt ipſam requiſitam operis, & inſtrumenti, uim, à natura inditam, vltrò certa artificioſa conformatio, quam etiam qualitatem dicimus, v ſui adamuſſim cõgrua, deſideratur: Namque verum eſt artem medicam, cum cæteris artibus, non niſi more naturæ per contactum, immediatum, vel mediatum, cuncta moliri, at cõtactus hic, non omnem rei formam, ſeu diſpoſitionem, admittit; præſertim quod inter medendum, tum extra corpus, tum intra, medicatio attendatur, quo neutiquam operis, & inſtrumenti virtus, ex artis inſtituto, requiſita, ſub quacunque eiuſdem operis, & inſtrumẽti forma, perducitur: Neceſſe igitur ſemper eſt, poſt naturalem, artificialem quoq;

qualitatem, operibus; & inſtrumentis ineſſe, quã naturalis ipſa, per ſe quaſi inepta, iam ita exeratur, in affectamque ſedem perducta, depromatur, vt primo quoque contactu agat. Inſuper & neceſſaria quoque eſt artificialis hæc, tum operum, tum inſtrumentorum qualitas, vt præſertim ea magis, aut minus talis, qualis expetitur, abſque ægri damno, reperta, euadat: Quando ſæpè ſimul, atque ſemel, dictis præmiſſis ſcopis, non diuerſa tantum, ſed etiam contraria magis, aut minus requiratur: Quippè ubi ſeorſim, tum ſcilicet rebus naturalibus, tum præter naturalibus, opere, inſtrumentoque idoneo, conſulatur, niſi ſingulis ſingillatim per ſe, vel ſaltem per accidens, propria qualitate, proſpicere, permiſſum fuerit, communi quaſi pręcepto curandum eſt, ut arte res ita componatur, vt inquam vtriſque, dum ſimul, & ſemel, id præſtari non poſſit, ſenſim ad minus vtriſque ſatisfiat, quamquam ſi eorum alterum præ cęteris urgeat, operę pretium eſt illi primum incumbere, proſpicereque, ne tamen interea vni attẽdentes, alterum quod minus fortaſsè uiget, in ægrotantis detrimentum, negligamus: Atque id verum cum ſit, meritò fit, ut in medicamentis arte parãdis, unum illud primum, & ſemper præſtò ſit, quod veluti baſis, & columen ſit profligãdo affectui accommodatiſſimum, & quidem affectui ſimplici, ſimplex, complicato verò, ex multiplicata baſi, compoſitum: Quæ inquam baſis, ſimilibus, ſimili qualita-

te, proſpiciat, diſſimilibus autẽ, diſſimili, & etiam oppoſita, vel eorum uni, poſt alterum, vt puta vrgentiori, vel omnibus ſimul, mediocritate præſcripta, aſſequuturo tandem ſcopo, ſi non ſimul, & integrè, refractè ſaltem, ac ſenſim, ſatisfaciat. Attamen ſecundo, licet baſis hæc iam arte conſtituta, ex ſe nihilominus ignaua nimis, aut debilis fuerit, vt mox indicationi neutiquam ſat uideatur, neceſſariò illi, vel artificioſa præparatione, velocitas, & robur, acquiretur, vel aliorum permixtione, iuuabitur, quibus ſcilicet annexis, ipſius opus promoueatur: Et ſi dum hæc effectum ipſum fęlicitant, vi omninò minori ſemper donari oporteat, ne fortè vim baſis ſuperantia, ita eã peruertant, vt aliud, quàm per ipſam expectamus, perperam moliãtur. Ad hæc tertio, ſi baſis ex ſe, vel adiuuantis occaſione, aliquid habuerit incommodi, malitiæ vè, vnde inter operandum ſit noxa quępiam ſubſequutura, profectò adhuc, vel præparatione, vel item corrigentibus ſuperadditis, malitia omnis, & incommodum omne, ſi fieri poſſibile eſt, funditus ab ea auferetur: Ita porrò ad opus rectè, citò, ac tutò aſſequendum, inſtrumentum quod quæritur, ex arte paratum, adminiſtrabitur, cui ſcilicet adamuſſim omnis inſit qualitas, quæ à Medico curanti, ad vnam aſſequendam ægri ſalutem, primo omnium obſeruanda eſt.

QVA DE IN QVANTITATE, ET opportunitate, tum opera, tum inſtrumenta, adminiſtranda ſint, generatim explicatur. CAP. II.

QVANTITAS autem ſemper talis, tantaq; expetitur, qualis quantaque ſcopis aſſequendis ſatis eſſe poſſit; Atque eademmet licet vnum eorum ſit, quod Medicam artem maximè coniecturalē reddit, vt certius attamen, ac firmius de ea coniecturam faciamus, velut duplex, tum operum, tum inſtrumentorũ, finis eſt, cuius occaſione, operum eorundē, ac inſtrumentorũ quãtitas augetur, minuiturque, puta quæ ſecũdùm naturã ſunt, pro poſſe, conſeruare, quæ verò præter naturam ſunt, omnimodè pellere; ita duplex quoque eſt, tum operum, tum inſtrumentorum, augendi minuendivè quãtitatem occaſio, quoniam vt expugnetur, pellaturque quod contra naturam eſt, interim verò ſeruētur quæ ſecundum naturam, ſemper, ex ſuppoſito, tanta operis, inſtrumentique quantitas ſtatuenda eſt, quanta ſufficiat; Si namque intra modum fuerit, ne illius quod pellendum ſit, reliquũ quidpiam reſtet, contra, alterius quod ſeruandum, diminutè conſeruetur, foueaturvè, periculum eſt; Si modum autem excedat, ne potius nouum quid

contra

contra naturam; priori contrarium, importunè inducatur, aut quod ſecundum naturam eſt, affectata nimis diligentia, prętergrediatur, timendũ eſt; Ipſa autem horum omnium magnitudine, ac neceſſitudine, ex proprijs vniuſcuiuſque notis, vt alibi dictum, bellè præcognita, quæ illi ad vnguem reſpondeat operum, & inſtrumentorum menſura, decernetur.

Quamquam ut tuto, atque iocundè administretur, ea adhuc cum tolerantia ægrotantis, qui curatur, conferenda eſt; Etenim in unum his omnibus conſpirantibus, quanta, & quam magna agendorum ex arte quantitas indicatur, tanta, tamque magna utiliter permittitur. Eſt porrò tolerantia hæc, ægrotantis ad ferendos operum, & inſtrumẽtorum requiſitorum impetus, habilitas, & robur, & ſanè tum corporis uniuerſi, tum partium eius; Vniuerſi inquam; cum uniuerſum afficiatur, uel cum ſaltem, parte quappiam afflicta; illud primũ attingendum eſt; Verum partium eius, cum pars ea ipſa fuerit, cui opem ferrè neceſse ſit, uel per quam parti alteri, vel etiam toto, prodeſſe ſit opus; Sed tolerantiam hanc potiſſimum exponent, quæ iuxta aliàs tradita præcepta, tum agentium, tum patientium conditionem aperiunt, comparatis præſertim ad inuicem ſingulis, vt artis eſt. Etſi præterea ut limitatius quantitas uſui ſatisfaciens decernatur, ſedis affectæ ſitus, & in ipſam vię omnes obſeruandæ ſunt; an puta ſedes ea in ſummo ſit cor-

pore conſtituta, an in alto demerſa, quam longè demum, & ne patentibus, ac breuibus, vel mauis arctis, & longis vijs, à loco cui remedium imponitur, abſit; Etenim affectus in corporis ſummo poſitus, in quod tum patens, tum breuis remediorum via eſt, pari quodam modo remedio facilè pellitur; qui verò in alto corpore demerſus latet, in quod aut longa, aut ſaltem arcta via eſt, valentius illud petit; Quod licet uerum ſit, ſemper tamen, dato illud quod præter naturam eſt, eſſe maximũ, vt ideo opus, & inſtrumentum magnum, ac vehementer ualidum expetatur, tunc per potentem tolerantiam, citra iacturam, poteſt illud integrum, ſimul, & ſemel, adminiſtrari, nec, progreſſu quodam à debiliori, tunc longius procraſtinare vtile eſt, ne eo forſan æger perducatur, quo nullo dein medicamento leuari poſſit; Sed per mediocrem tolerantiam, quoniam ſimul, ſemelque, requiſitum remedium integrum, eidem magno malo cõgruum, non toleratur, tunc ideò ſenſim, lenteq; ac blandè, incedere tutius eſt, ne ex repentino impetu facto, viribus detrimentum præſto ſit; Et quã uis opus, ac inſtrumentum ſuppar, infirmiuſvè, vincendum ideo potius, & penè ſuperandum cẽſeatur, repetito nihilominus, & quaſi continuato certamine, vel ob connaturalem illius ſimilitudinem, & non naturalem morbi diſſimilitudinem, fit, vt tum ſibi parem, tum aliquando maiorẽ contrarij portionem auferat, tandemque ſine detri-

mento

mento totum, vt experimur.

Atqui tolerantia prorſus repugnante, quamquã mortis prognoſtico ſolum uti iam prudentis officium eſt, plerumque tamen, cum læſio morte præſtantior iudicetur, extremè ideo omnibus ſe habẽtibus, extremè, & validè operandum eſt; Cæterũ, iis, quæ præter naturam ſunt, mediocribus exiſtẽtibus, ut nec præcipitantia ſint, nec periculum vitæ minentur; plurimum autem tolerantia vigeat, tunc pari remedio ſemel totũ quod cupimus præſtare licet, etſi, ne ex repentino impetu detrimenti quidpiam ſubſequatur, partitè potius incedere utiliſſimum uideatur; Quod & tolerantia exiſtente mediocri, ſummoperè decet; At in ſumma toleran tiæ debilitate, idem magis, magiſque opportunum iudicatur, niſi tunc etiam ad extrema deuenire oporteat.

Denique rebus pręternaturam debilibus exiſtẽtibus, tolerantia autem quomodolibet ſe habenti, vt nullum, uel minimum deſideratur auxilium, quod ut plurimum tunc per ſe natura ſufficiat, ita ſi auxilium aliquod adminiſtretur, tunc tutò illud ſemel, & uniuerſim, citra iacturam admittitur.

Verum poſt hæc, quantum ad conſeruationem eorum pertinet, quę ſecundum naturam ſunt, ſi adhuc ipſa integra ſint, admodumq; ualeant, nemini dubium, quod dum magnitudo eorum, quæ præter naturam ſunt, id bellè permiſerit, ſemper & ubique ualidè operandum eſt, (non totu quidem

dem ſolum, ſed & inſtauratione etiam) Impedit tamen ſæpe, quia dum quæ ſecundum naturam ſunt, in conflictu plurimum afflicta ſunt, etſi adhuc ea ex ſe ualida ſint omnia, nequeunt tamen ulterius noua opera præſertim nutritionis, inſtaurationiſuè, exerceri, ſed illud moderatæ ſolum, atque partitè permittunt; At ſi quod præter naturã eſt, tunc mediocre occurrat, ut minus inde afflicta omnia naturalia ſunt, ita liberè magis tunc conſeruationi per inſtaurationem uacant: In imbecillis autem præternaturalibus, quę ualentibus naturalibus parum, uel nihil officiant, ſola neceſſitudinis ratione pręmiſſa, quantum illis conuenit, tantum iure donandum eſt; Vlterius, quoties naturalia ipſa appareant ad tolerandum mediocria, ſint uerò non naturalia magna ualdè, neceſſariò ut imminens naturalium euitetur afflictio, infra mediocritatem, atque partitè, ipſa etiam inſtauratio tentanda eſt; Generoſè autem magis, dum ſimilem mediocritatem cuncta obtineant, & ultrò generoſius ſi non naturalia debiliter extent, quoniam tunc naturalia gradatim ualidiora cum ſint, ualidiorem ſimiliter actionem admittunt: Verum ultimò, naturalibus penitus collabentibus, non naturalibus contra ſeuerioribus exiſtentibus, ut nequaquam ſalus expectatur, ita neque nutritio, inſtaurationuè, ex arte pręſcribi poteſt, quamquam aliqua ſaltem mediocritas, tunc, eaq; partita, utiliter tentatur, ut ſi fieri poſſit, meliora inde naturalia euadant omnia.

nia. Sequitur opportunitas, qua naturę languenti medicus, operibus, & inſtrumentis, potiſſimum fauet, per eam quippè ille dum munus ſuum ex arte aggreditur, ſecundam omninò naturam habeat, & ſcopos inde omnes facilè aſſequatur; Opportunitas autem hęc tempeſtiua agendi occaſio eſt, qua aliquid neceſſariò prius, aliquid uerò poſterius, inter curandum deſideratur, & ita demũ toleratur, ut conſequenter Medicum ad agẽdum impellat: Et ſanè occaſio hęc per uaria morbi tempora ſeſe medentibus offert, ſunt etenim illa, vt dictum eſt, quatuor, principium, augmentum, ſtatus, & decrementum, quibus tàm naturalia, quã præternaturalia, multiplicem patiuntur varietatẽ, adeo quod vt ex requiſitis vnum prius quã aliud tutò admittatur, vt inquã fęlix medicatio ſit, quoniam illi natura ſecunda ſit, illudque libentiſſimè toleretur, iure toto morbi curandi progreſſu, tempora eadem diligenter attendenda, & quod per illa deſideratur, & toleratur, idem prorſus, ordine recto, procurandum eſt. Sed occaſionem inter curandum præbet inprimis labefactata, afflictaq; natura, quæ ſui tum conſeruationem, tum inſtaurationem exoptat; Demum quoque id quod pręternaturam eſt, quod quam fieri poteſt citius diſſipandum eſt; Quatenus ideo ex his alterum valentius vrget, & maiori neceſſitate ad agendum impellit, eatenus prius, vel poſterius, opportunè aggreditur. Vrget autem aliquid (quantum ad pręſens

ſens negotium ſpectat) bifariam, aut quoniam illud ex ſua natura, inter agendum, ordinis prioritatem, vel poſterioritatem habet, reſpectu alterius, ita vt ab eo, tanquam à quo reliqua pendent, ordine recto inchoare operę pretium ſit; aut quoniam illud, ſuo impetu, vltrò quam par eſt, grauius afficit, vt quamquam ordine recto poſtremum quid eſſe conſueſcit, quia tamen præ cæteris negotium faceſcit, ob id priori loco inter curandum aggredi debet; Quamobrem, licet ſemper natura ita, priori loco, ſui conſeruationem petat, vt illius, quod preter naturam eſt, extirpationem omninò poſtponere videatur: attamen, quoniam interdum quod præter naturam eſt, tanto impetu ſeuit, vt ad grauius impedimentum euitandum, ſibi mauis primum, deinde naturæ, conſulendum videatur, ob id præpoſtero ſæpe ordine incedere neceſſariũ nobis eſt, agendique opportunitas aliter ſtatuẽda, ab eo ſcilicet auſpicato opere, quod inprimis vrgere planum fuerit; Atqui, cùm plura, tum ad naturalia reparanda, ſeruandavè; tum ad non naturalia profliganda, præſtanda ſint, adhuc ideo particulatim circa unumquodque horum exponendũ eſt, quod prius, & quod poſterius aggrediendũ, proſequendumque ſit; etenim uno, eodemque tempore, nequaquam ſemper conuenit ſingulis operam dare, ſed modo vni prius, poſterius autem alteri; præſertim quod ſæpè hæc non ſibi inuicem tantum impedimento ſint, verum etiam ſæpè pa-

lam

lam ſibi aduerſentur, ex quo dū ſimul proſequantur, ægro non parum officiant: contra, ſi ſeparatim, ſuoque tempore à Medico aggrediantur, ægrum ſummoperè iuuent. Ergo ſi naturalium conſeruandorum gratia, agendorum prioritas, & poſterioritas æſtimanda fuerit, quoniam duabus potiſſimum uijs, ſcilicet, nutritione, & fotu, (vt ſuo loco longius demonſtrabitur) ea conſeruentur; & multiplex eiſdem occaſio accidat, unde nutritio, aut fotus cenſeatur prius, vel poſterius opportunus, rationabiliter tunc vrgens neceſſitas occaſionis fotus, vel nutritionis, puta ne ordinaria illa, aut extraordinaria ſit, accuratè obſeruanda: Ordinaria enim nutritionem indicat: extraordinaria uerò fotum: cum fotus tantummodo naturam recreet; atqui nutritio verè illam inſtauret; quia dum natura afflicta inſtaurationi difficilè vacat, non ultrò primum pabulo opprimenda, ſed fotu potius primum recreanda eſt, deinde paſtū inſtaurari tuto poteſt.

Sed ſi rei præter naturalis pellendæ gratia, eadē inter agēdum prioritas, & poſterioritas decernenda ſit: cum certum ſit preter naturalia omnia ita à ſua cauſa pendere, vt ea perſiſtente, ipſa maneant, nec penitus expelli poſſint, ita, ut ſi adnitaris, quantum horum demes, tātumdem aſſidua, & perſiſtens cauſa proferat. Idcirco cauſa inprimis, effectus dein preter naturam ſummouendus eſt, ita enim opportuna curatione, radicitus extirpabitur,

pabitur, nihil ut eius deinceps repullulet: At cum longior quædam continuatio, ſeriesque cauſarum fuerit, in qua alia ex alia naſci, & omnes inter ſe connexæ ſint, ſanè ſuo quæque ordine demenda erit, ab ea curationis ducto exordio, quæ ortu prima, inueſtigatione verò poſtrema fuerit inuenta, ab hac ſenſim, ordinatimque ad cæteras, poſtremoq; ad affectum progreſſus fiet, ſuo cuiq; obiecto contrario. Et quamquam plerunque fit, vt cauſæ plures inuicem etſi conſequentes, vno nihilominus opere contrario demoliantur omnes ſimul, quod nempè ſingulis illud multipliciter, ac differēter, aduerſetur, proptereaq; eodē ferè tēpore omnes, vel earū pars maior depopuletur, vt nec opus ſit prioritatem, & poſterioritatem operis obſeruare: Vt plurimum tamen ordo ipſe methodo recta ſeruādus ante oculos habendus eſt, quo quis priori loco, vel poſteriori indicatus, opportuna temporis ſucceſſione, ſuo loco proſequatur. Hæc etenim vera eſt, & exquiſita curandi opportunitas, ex cauſarum, affectuumque ſimpliciuin ſerie obſeruanda; licet eadem quoque in multiplicatis affectibus non naturalibus, (prudenter tamen) ſeruanda videatur; ut ſi tunc fortè peruertatur, non modo nihil ad curationem proficiat, ſed & plerunque affectum conduplicet. Diuerſis namque, diſtinctiſque, non naturalibus affectibus exiſtentibus, ſuam quiſque ſeorſum medicinam expoſtulat, quod ita hi ſedibus longè diſtent, ut unicuique ſua poſſint

reme-

Digitized by Google

remedia, alijs intactis, adhiberi; atque ideo tunc ſingillatim, & pariter omnes curari queant, minimumq; referat, cui primum propria remedia administrentur. Impliciti attamen, atque compoſiti ſi fuerint, miniméque propriam curationem ſeorſum admittant, quod hi aut uicinis partibus inſidentes inuicem ſibi impedimento ſint, aut quia uni, eidemque parti inhærentes, in unumq; quaſi conflati coeuntes, valdè magis propriam ſibi inuicem medicinam impediát, profectò ut probè vno eodemque tempore eorum curatio adminiſtrari nequit, ita methodus adhibéda eſt, quæ ſuum cuique ordinem præſtruat, hoc eſt, quid primo, quid ſecundo, quid denique tertio, ſit agendum, decernat. Porrò autem variè concurrentibus illis, accidit interdum ut omninò cóſentiant, ut inquam unius curatio alteri ſanando conducat, aut nihil ſaltem obſit: Interdum, ut diſſentiant, ut inquam curatio vtriuſuis alteri incommodet, moramque afferat: Nonnunquam verò partim conſentiant, partim diſſentiant, atque eatenus unius curatio alteri & proſit, & obſit: Implicitos ſanè, atque compoſitos, qui aut conueniunt, aut minimè diſſentiunt, & ſimul, & ſeorſum ſanare licet, vnde ab utrouis incipere conceditur, cum iiſdem ferè operibus, & inſtrumentis, cómodè diſſipentur: Quod ſi impliciti, atque compoſiti omninò diſſentiant, utique non prorſus huic, aut illi, ſed utrique, eodem tempore, mediocritate quadam, ex contra-

riorum permixtione confecta, ſuccurrendum, adhibita tamen ratione illius quod magis urget. Quod ſi vterque incremento iam uires acceperit, ut ob contraria valdè poſtulata præſidia difficilè ſaneſcat, quis præſertim dum uni uacamus, reliquum deteriorem fieri neceſſe ſit, & horum dein aut difficilior, aut certè longior ſit futura methodica curatio, tunc (niſi in re extrema deſperadum nobis ſit) noxi potius quidpiam contingere permittendum eſt, hoc ſcilicet optabilius videatur, quam vrgentioris ferocia, & effrçnatione, affligi, & proſterni, ægrotos ad mortem, quoniam certè lçſio morte tolerabilior eſt. Quod utique minus eſt dubitandum, ſi partim conſentiant, partimq; diſſentiãt, ab eo quippè tunc auſpicari utiliter poſſe credibile eſt, cuius curatio alteri haud quaquam officiat, uel ab eo ſine quo alterius curatio nequeat compleri. Quod ſi interea partim obeſſe planum eſt, partim nihilominus & magis prodeſſe patebit. Hæc enim omnis uideri poteſt legitima præter naturalium affectuum curandi ratio, & opportunitas, quam ſeruare ſemper oportet, dum nihil urgẽtius interueniat, quod eam neceſſitate quadã interpellet. Interpellat autem ſæpiſſimè tolerantia, ipſi quia etſi dum per affectus non naturalis tempus iure optimo fidimus, ſeruanda à priori ad poſterius, ut dictum eſt, methodus ſit, nec contra artis præſcriptum peruertendus curationis ordo uideatur: attamen ſi iam tolerantia ex poſterioris ſeuitiè

uitie palàm ſuccumbat, ne inde æger crudelius torqueatur, protinus ordine mutato, ab eo auſpicanda curatio, à quo maximè illi periculum impendat, in eumque primum medentis conſilium dirigi debet, reliquis tantiſper omiſſis, uel ſaltem minimè neglectis.

SPECIATIM MAGIS QVA RATIONE ſcopis Medicis inter curandum ſatisfiat, & ſaluti virium inprimis per inſtaurationem, examinatur. CAP. III.

ATQVE hucuſque ſumma Medicæ artis præcepta, quibus vnicuique iam pridem cognito ęgrotanti, mox ad ſalutem remedia requiſita, congruè præſcribantur, ſtabilienda, prętmittendaque duximus. Sequitur modo, vt quę generatim probata fuere, ſpeciatim in unoquoque expendamus. Vt igitur duos inter curandum ſcopos prudens Medicus perpetuò intuetur, vt in eos potiſſimum intentus cuncta ſeruando ægro neceſſaria, ex arte, inſtituat: Vnus quorum eſt, vt aliàs diximus, eorum omnium quæ ſecundùm naturam ſunt, viriumque præſertim conſeruatio: Alter verò morbi, rerumque pręter naturam omnium exacta depulſio: Ita ſanè opera, & inſtrumenta, ad hoſce attingendos ſcopos requiſita, iuxta tradita præcepta,

delectu videlicet qualitatis, quantitatis, & opportunitatis, diligenter inquiret, adparabitque: Sed à virium, & naturalium rerum omnium, conſeruatione, tanquam ab vrgētiori ſcopo, ſumptis initijs, quale primum opus ad hāc aſſequendam deſideretur, & quibus demum inſtrumētis, quaque quantitate, ac opportunitate, vti neceſſe ſit, iam explicemus. Porrò, ut vires facultatum animæ noſtræ ſunt, ita ipſarum robur ex corpore, quo anima exercendis facultatibus, tanquam organo, vtitur, habet originem: Verum quamquam bona, tam ſimilaris, quàm diſſimilaris corporis conſtitutio, ea ipſa eſt, qua illud robori maximè fauet, ea quippè aptè ſeruata, vires robuſtæ promantur, indita attamen ſpirituum copia, qua calor innatus, præcipuus virium fomes, proprio quaſi ſubiecto ſuſtentatur, vt per eam ille quacunque diffuſus, exercendis vbiq; uiribus, plenè ſatisfaciat, ea certè eſt, cuius florida, adoleſcentivè conſiſtentia, etiam ſi alia quæuis corporis diſpoſitio morbis labefactetur, robur nihilominus uirium inprimis ſuſtentatur, & viget; deducto ſanè ab experientia argumento, quod ipſo naturæ, & morbi certamine, una ſpirituum abundantia, defectusvè, facilem vitæ, vel morti, occaſionem præbeat; quod quoniā uerum, dum ideo uirium conſeruationem expetimus, quęrendum nobis eſt primum, quatenus quod ſpirituum ſubſtantiæ ſenſim diſſipatur, illud inſtaurationem habeat, & reparetur, demum verò,

rò, tum quatenus idem, ne diſſipetur nimis, appoſitè foueatur, tum adhuc vbi opprimatur, præfocceturvè; quanam ratione excitetur, atque reſurgat: Præcipuis etenim modis hiſce, nec aliàs, ſpiritus ad uirium ſuſtentationem ſtent, vigeantque: Sed de inſtauratione primum ſermo ſit, hæc autem cum non aliundè fiat, quàm ex nutritione, cuius gratia pabulum ſuppeditatur, vt indè ſanguis optimus generetur, ex quo dein ſpirituũ ſubſtantia multiplicetur, inſtaureturvè, hinc meritò pabuli huius conditio inprimis ſeligenda, demum quantitas eius, opportunitasque procuranda eſt: Appoſita mehercle pabuli conditio huic aſſequendo idonea, ea omninò cenſenda eſt, quæ ita ſanguinis, & ſpirituum inſtaurationi faueat, ut difficilè ſuo fine fruſtretur, vt inquam neceſſariò, non ſolum uniuerſi corporis moles, & conſtitutio, ex eo ſtet, & reſtituatur, ſed præterea ſpirituum ſubſtantia abundè reparetur: Fauet autem quoties ęgrotanti ſimbola fuerit: Simboleitatem agnoſcimus ex conſuetudine tantum, utpotè quod æger per ſanitatem tali nec alio inſtaurari paſtu conſueuerit. Etenim conſuetudo adſcititius quidam habitus eſt, ex crebris vniuſcuiuſpiam rei actionibus comparatus, quem ubi ſemel nactus quis fuerit, iam adeo illi congruus, conueniensque fit, ut connatum quid, ac quaſi natura illius euadat, & perinde, naturæ exemplo, illud ita amanter expetit, ut ſinè moleſtia, promptè, & facilè ferat: Ita dubio pro-

 cul

cui pabulum ſimile illi, quod cuipiam per ſanitatem amicum, familiare, & conſuetum eſt, ægrotanti eidem, tum ſimbolum, tum ſimile, ſua conditione æſtimandum eſt, quoniam per ipſum facilè cuiuſuis deperditæ ſubſtantiæ inſtauratio ſit habitura: Verum enimuerò, etſi, per ſanitatem, æger, non unius ſpeciei tantum, vel qualitatis uti paſtu conſueſcat, ſed multiplicis, atque diuerſæ, qua, ut ſibi ſimili aptè reficiatur, vt etiam, dum ille præter naturam ſe habet, vel ſolius inſtaurationis gratia, eadem uaria uti commodè poſſet: Nihilominus inter curandum vltrò delectus illius habendus eſt, nempè, ut quoad poſſibile eſt, omni morboſo aduerſetur; ex temerè quoniam, ac ſine diſcrimine pabulo adminiſtrato, palàm quodcunque præter naturale, morboſum vè, creſcat, uigeatque, ex pabulo ut plurimum illi multiplicato fomite. Sed cũ plura in morbo reperiantur, quorum inter curandum præcipua habenda ratio eſt, utpotè quibus particulatim demoliẽdis proprium contrarium decernere, adhibereque neceſſarium videatur; velut eſt morbi certa ſpecies, tum ſimplex, tum complicata: Simptomatum morbum comitantium (ſi quæ fuerint) certa conditio; Et quæ morbum, vel ſimptomata efficit, conſeruatq; cauſa. Cum inquam tot hæc ipſa ſint, quorum occaſione, nutritionis diſſimilitudo etiam decernenda eſt, ne illius forſan ſimilitudo his fomitem det, profectò incumbendum diligenter, ut talis omninò pa-

nò paſtus adminiſtretur, qualis non inſtaurationi ſolum faueat, cuius gratia primum inſtituendus eſt, uerum ut undique etiam morbifico cuique aduerſarius ſit. Atqui, cum rarò ea omnia in vnū conſpirent, ut perinde ſingula unius rationis contrarietatem admittant, ſed ut plurimum multifariam uaria, diuerſaque ſint, ob id ex his, quod magis urget perquirendum, & illius occaſione qualitas paſtus determinādа eſt, quamuis alterius quoque minus vrgentis præſentia, inter nutriendum, non contemnenda videatur. Etenim frequenter aduenit, quod præ cęteris morbus vrgeat, interdū verò quod ſimptoma, & quod ſępè cauſa magis negotium faciat, atque tunc quod ex his inter curandum maioris eſt conſiderationis (reliquis neutiquam omninò poſtpoſitis) paſtus conditionem indicabit. Quod ſi omnia ſibi inuicem apertè conſenſerint, ut vna omnibus contrarietas ſatisfaciat, dubio procul tunc vnius rationis paſtus plenè ſufficiet. Cæterum, quoniam per qualitatem, non ſolùm naturalem, ſed & artificialem, intelligere opus eſt, hic ideò deſideratus paſtus, præter qualitatem nutritioni idoneam, & morboſo cuique aduerſam, ut dictum eſt, ita ex arte parandus eſt, ut commodius præſtet quod cupimus.

His itaque qualitatibus donari debet paſtus, qui inter curandum ægris ſtatuendus eſt, quamquam eiuſdem quantitatis ratio ulterius neceſſariò obſeruanda: quoniam uel conuenienter ea ſola præſcri-

pta, ægros à morbis ſponte liberatos ſæpiſſimè ad-
uertamus, quod inquam uires tunc ſufficienti nu-
tritione refectæ, ideoque promptè ſuo incumben-
tes muneri, ſolæ ſæpè morbum facilè pellant. Con
tra, eadem perperam adminiſtrata, ęgros difficilè
ſanitatem adipiſci planum ſit, quod ſcilicet uires
ſatis iam pridem morbo afflictę, ulterius uel quan
titate paſtus nimia opprimantur, uel parua defi-
ciant, atque ita dein nequeant ſuo muneri ſuffi-
cienter incumbere.

Sed ut conueniens pabuli quantitas determi-
netur, duo potiſſimum æſtimanda ſunt, quorum
unum, uirium robur eſt, alterum uerò, morbi per-
nities, atque uehementia. Quippè, etſi interdum
uires inſtaurationem, ex conſueta nutritione, mul
tam exoptent, morbus attamen túnc ſæpè impedi-
mento eſt, adeo enim uires in ęgris à ſuis muneri-
bus aliquando morbi malitia retardantur, quod ip
ſe non niſi cum morbo, proportione quadam com
paratę, ſuos fines aſſequantur; niſi ergo tum uires,
tum morbus, perpendantur, inuicemque confe-
rantur, illæ nempè quouſque inſtaurationem ex-
petant, hic uerò qua ratione ipſam inſtaurationem
admittat: ſanè impoſſibile eſt iuſtam paſtus quan-
titatem determinare. Itaque uires quę ex ſe con-
ſeruationem ex nutritione ſibi paſtu procurandã
ſemper autumant, aut in ęgris proprium adhuc,
inditumque robur obtinent, aut iam ab eo longè
recedunt: utique ſi primum, in eo duntaxat ſeſe

Digitized by Google

manuteneri indicant, ſi uerò ſecundum, inſtaurari adeo illę deſiderant, ut tandem ſuam integritatem attingant. Vtut autem ipſe ſe habeant, dubio procul ſemper ex nutritione, ſuo labóre, hanc ſibi conſeruationem, inſtaurationemuè, moliuntur: Vnde quoties, pręſente morbo proprium adhuc robur habeant, manuteneri ideo commodè poſſent, quod ferè conſuetam tunc paſtus quātitatem admittant: Quoties autem, pręſente morbo, iam à ſibi indito robóre illę deceſſerint, aut tunc oppreſſione, aut reſolutione id illis euenit: Si primum, licet inſtaurari, reficique uniuerſim ipſę cupiant, non niſi tamen paruam paſtus copiam admittunt: tum quia debiles cum ſint, pabulo multò cōficiendo ſufficere minimè ualent, tum quia oppreſſę cū fuerint, non vltrò paſtu opprimi, ſed mauis ab oppreſſione ſubleuari tantummodo optant. Verum tamen ſi ſecundum, hoc eſt ſi ob reſolutionem antecedentem vires infractæ, ac debiles obſeruentur, neceſſariò quidem multum ſibi paſtum, vt integrè reficiantur, fore opportunum oſtendunt, attamen, ob ſui languorem tanto labori, quem inter conficiendum eum eſſent paſſuræ, minimè ſufficiunt; quare parcè tunc ille exhibēdus, etſi ſæpius ipſum miniſtrare neceſſarium videatur; parcitas enim reſpondet debilitati, frequentia verò ſatisfacit neceſſitati; Quamquam interim animaduerſione dignum eſt, ſemper & ubique conſuetudinem obſeruandam eſſe, ſecundum quam, interdū

multum; interdum verò parum, æger nutriri conſueuit; quando conſuetudo ferè natura fit; Qui namque multo paſtu per ſanitatem bene valent, his omninò in morbis maior paſtus ad inſtaurationem eſt neceſſarius; qui verò pauco ſani viuunt, neceſſariò illis in morbo, ad inſtaurationem, minor rationabiliter conuenit; Iuſtam attamen quantitatis menſuram impedit ſæpè, turbatq; morbus, qui ob variam ſui pernitiem, vehementiam vè, interdum minorem, interdum verò maiorem illam permittit; Si quidem morbus vehemens, valdè, atque potens extiterit, quoniã tunc illæ vires adeò ſuo impetu afficit, quod confectioni deſiderati paſtus incumbere neutiquam valeat, meritò iuſto minorem paſtum decernere opus eſt; Si autem morbus mediocriter uigeat, tunc ferè quantum nutritionis ergo paſtus expetitur, tantum iure permittitur; Multoque magis ſi morbus ipſe mitis, blandusque fuerit, quoniam tunc illæ parum vires infringens, eaſdem ab opere nutritionis minimè retrahit. Comparatis itaque inuicem morbo, ac viribus, quantum vtiliter ad nutriendum paſtus adminiſtrare neceſſe fuerit, notum, apertumque fit; quoniam ſi vires hũc multum optauerint, contra, morbus tantum non admittat, tunc in medio ſemper conſiſtendum, vel partitè ſaltem incedẽdum eſt; quamuis ſemper copioſius, quam parcius, nutrire operæ pretium uideatur, ex quo in tenui facilè ægri delinquant, morbo uerò permitte-
te,

te, ſiue multum, ſiue parum uires nutriri uelint, ſemper quod expetitur integrè ſuccedit.

Sequitur dein ut tempus conſtituamus, quo ægrotanti, nutritionis ergo, paſtum adminiſtrantes, ex eo appoſitè uires manuteneantur, reficianturue, ut dictum eſt; Atqui inprimis certum eſt, unumquemque per ſanitatem, ut plurimum, bis ſaltem in die (etſi etiam alij ſæpius) nutriri conſueſcere, à quo iam conſueto nefas eſt ægrum recedere; quod omnis repentina mutatio mala, & tempore præſertim languoris peſſima ſit; Quare & per ægritudinem æger bis etiam in die opportunè nutritur, licet interdum etiam ſæpius, quando præſertim partita nutritione uti ſit neceſſariū; ubi quidem à conſueto receditur, attamen maiori utilitate, quàm damno; In hoc ſolo æger à ſano differt, quod non quouis diei momento, paſtum requiſitum ægro dare, vt ſano, permiſſum eſt, ſed eo dumtaxat, quo æger minus à malo afficiatur, minusque perinde nutritio intercipiatur, id uerò ſæpè tardius, & ſæpè citius euenit, ſed quod præcisè fuerit, curantis medici eſto iudicium.

Ceterum, ad opportunam ęgri nutritionem deliberandam, tempora ipſius progreſſus morbi propria ulterius attentè ſunt obſeruāda, quod per hęc, quomodo, & quantum, nutrire conceſſum fuerit, etiam indicetur; Nam quatuor illa cum ſint, principium ſcilicet, incrementum, ſtatus, & decrementum, quibus ut morbus, ita etiam uires permutantur;

tur; meritò & paſtus quantitas, modo maior, & modo minor, iiſdem temporibus, decernenda eſt; quoniam modo maiorem, & modo minorem eã, toto progreſſu, ipſæ vires ferant, & morbi conditio ſinat; Porrò morbo adhuc in principio exiſtente, nondum uires ipſi ceſſerint, ſed uigeant ſatis, & parum à ſtatu naturali diſtent, quælibet paſtus menſura, quam uires, licet afflictæ, expoſtulant, iure permittitur. Sed creſcente iam morbo, quod in ſimul uires ſenſim magis afficiantur, illa ideo minor ſemper conuenit. Atque certè minor, cum iam morbus in ſtatu conſiſtat, ubi quia ille extremos iam labores faciat, uireſque ſi uel unquã magis afficiat, ideo nec ipſæ, utpotè nimis defatigatæ, multum paſtus admittunt, nec item morbus tunc eiuſdem multum adminiſtrari utiliter ſinit.

Verum decreſcente morbo, ut ſenſim uirtus ipſa ualidior, quia nempè liberior, ita ſenſim paſtus maior, uel ſaltem frequentior tutò adminiſtratur. Equidem hæc uera ſunt omnia, dum adamuſſim uires morbi temporibus reſpondere uideantur; attamen, quoniam ſæpè ipſo quoque principio illæ debiles ex oppreſſione ſunt, propterea tunc parcior paſtus conuenit, quam ipſo augmento, quo ſpontè, uel arte, ſublato impedimento, uires iam liberiores, perindeque fortiores factæ conſpiciuntur, ideoque nutritionem, & paſtum copioſiorem admittunt, atque ita de temporibus reliquis. Sed coronidis loco notandum eſt, hactenus ſolum hæc expreſ-

expreſſa fuiſſe, comparato morbo cũ uiribus uniuerſim; quoniam prȩterea, uentriculi, hepatis, & partium denique omnium confectioni paſtus inſeruientiũ, vires particulatim perpendendæ ſunt, quod plerunque hæ, indicatam paſtus menſuram, eamque iampridem vniuerſim decretam, nõ admittant, ob imbecillitatem, ex oppreſſione, in eis, vel ex reſolutione, natam.

Ad hęc quoque non nocebit, partium quarumuis noſtri corporis, tunc certo morbo afflictarum, examinare vires: quatenus ſcilicet maiorem, aut minorem totius nutritionem ferant, quia multifariam vniuerſo illæ conſentientes, ex multitudine ſola, vel paucitate nutritionis, plurimum afficiuntur, interdum contra, inſtaurantur, & gaudent. Sed aliàs breuius, aliàs longius, decretus paſtus conuenit, pro temporum nempè morborum longitudine, breuitateque: quia ſæpè morbi principiũ inſenſibile eſt, ex quo ſtatim augmentum accedat, quod ſucceſſiuè adeo breue eſt, vt iam morbus extremos labores faciens ad ſuum ſtatum perueniat, vnde poſtmodum variè ad declinationem perducatur, quo ſanè caſu quamprimum tenuem adhibere paſtum neceſſe eſt; Contra, ſi longa fuerint morbi tempora, longius etiam, vt uires ipſæ ſtent, in indicata paſtus copia conſiſtendum; quamquam tutius ſemper eſt ad paulo pleniorem quam tenuiorem inclinare, in tenui quia ægri facilè cadant, nec niſi difficilè ſubleuentur.

 QVA

QVA POSTMODVM RATIONE earundem virium ſaluti, citra inſtaurationem, vel puta fotu, opem feramus, inquiritur. CAP. IV.

ET de virium inſtauratione ſatis, oſtendamus iā qua ratione eædē citra nutritionem tueri, ac protegi valeant; Sanè vt virium languor, tum occaſione, qua opprimuntur ſpiritus, tum qua reſoluuntur, preſto eſt; ita vt earundem robur reparetur, occaſio quæuis ad vtrũlibet ex arte ammouenda, auertendaque eſt: quan dò ea, quæcunq; ſit, omninò ſublata, ut uigent neceſſariò ſpiritus, ita etiam foueri uires neceſſe eſt; Vt ſingulis autem occaſionibus, certa, qua arceantur, vel corrigantur, regula preſcribatur, iure primum, eas in ordinem ponere operæ pretium eſſet, quod ex his tamen aliquæ contingẽtes ſint, neceſſariæ verò aliquæ, puta quod aliæ perpetuò, neceſſarioque nobis ferendæ ſunt, quia ſine his viuere non liceat, aliæ autem non neceſſariæ, quas ideo declinare conceſſum eſt; perindeque impetus harum nec arte præuideri, nec euitari poteſt, ut aliarum poteſt, quod in earum ſcilicet obſeruatione, perpetuò ars ipſa uerſetur; Idcirco neceſſariarum ſaltem regula hic præſcribetur, contingentibus aliquot præcipuis duntaxat, ut puta à neceſſarijs inter

ter curandum non longè diſtantibus, commemoratis. Ex neceſſarijs autem, quibus uires perpetuò, citra nutritionem, in ægris, ſaniſque, foueri, uel deprimi, conſueuere, ea utique primas tenent, quæ nobis extrinſecus aduentantia, ambitu ſuo, insitum ſpiritibus calidum, uel per ſe, mediocri calore, uel per accidens, alijs qualitatibus, fouent, uel ne per nimis apertos poros ſpiritus cum calido diſſipentur, modeſto frigore, aliauè qualitate, reprimunt, unitoſque conſeruant; Inter quæ, unus eſt, ambiens aer, qui inſpiratu, reſpiratuque ſuo, & corporis contactu, hæc omnia, proprio tum calore, tũ frigore, ſiue ex regione, ei, uel ſitu, ſiue ex anni tẽpore, ſiue demum ex cęli ſtatu, contingenti, belliſſimè pręſtat. Etenim ille dum plurimum calidus, uniuerſi ſemper corporis poros reſerans, patefaciẽs uè nimis, & corpus ipſum laxat, ac extenuat, & quod magis eſt, ſpirituum ſubſtantiam adeo diſſipat, quod ſi perſeueret, ſenium acceleret; Inſuper & frigidus nimis, geliduſque extans, poros eouſque occludit, denſatque corpus, ut tum ſummopere deſideratam totius perſpirationem, euidenti penè ſpirituum præfocatione, intercipiat, tum ſpiritibus ipſis quodammodo conſopitis, calidum eiſdem inſitum extinguat, & iuguler.

Attamen quando ille temperatus, & ad frigidũ potius, quam ad calidũ inclinans eſt, tunc euidenter, non ſolum perpetua, inſpiratus, & reſpiratus, uentilatione, ſpiritus cũ inſito illis calido, recreantur,

tur, & ab omni præfocatione immunes fiunt; verum præterea ita citra oppreſſionem condenſantur, ſimulque firmatur corpus, vt ipſi cum calore facilè à nimia diſſolutione pręſeruentur, demumque omnia conſeruantia corporis noſtri munia foueantur adeo, augeanturque, quod & uita conſequenter longior protrahatur. Atque ſanè omninò talis ſeruandarum virium gratia, aer procurãdus eſt, quia potiſſimum ex vſu, per integram roboris ſanitatem, talis eſſe conſueuit; quamquam inter curandum, ob præter naturalem corporis conſtitutionem, attendenda ea ſemper aeris conditio videatur, quę pręſenti infirmę conſtitutioni, quoad permiſſum fuerit, aduerſetur. Id autem proculdubio euenit, ſi ut aer, qui morborum eatenus eſt opifex, quatenus vel qualitatũ intemperie, vel ſubſtantiæ uitio peccat, ita ſubſtantiæ puritate, & qualitatum earundem congrua proportione, morbis prorſus aduerſetur, hac etenim ratione ille ęgro conueniet, & ſanitatis aſſequẽdę principium erit. Porrò quod ad qualitatem ſpectat, cum per hanc aer multifariam morbo ſit cõtrarius, nulli dubium quin conuenientis aſſequendę cauſa, morbi præ omnibus ratio ſupponenda ſit, ex qua ſcilicet, ſtatim quæ contraria decernatur. Sed quod ad ſubſtantię puritatem pertinet, certum eſt eam fouendis ſpiritibus ſummoperè deſiderari, quando aer exhalationibus coinquinatus operi huic non benè inſeruiat, ſed craſſitie magis ſua ipſę ſpiritus opprimat,

primat,

primat,& ſępè etiã, malefica qualitate ſibi impreſ-
ſa, iugulet, manifeſtò uitium & vitæ detrimento.
Quam ob rem meritò uitium ſeruandarum occa-
ſione factum uideri debet, vt dum qui pręſens aer,
nec ęgris ex ſe, nec ex arte, mutato puta conclaui,
illoque ſuffitibus, vel alijs ingenijs alterato, ido-
neus habeatur, uel vna loci mutatione, ſed prudẽn-
ter facta, ille qualis expetitur, perquirendus ſit,
præſertim quod aeri, non neſcio quid diuini inſi-
tum ſit, à quo ut ſępè ægrotamus, ita ſępius, vel ob
ſolam eius mutationem, ſubleuamur, dum hanc
tamen mutationem vires ferant, morbusque ipſe
concedat inducias: Ferunt autem uires, vbi non
repentinè, nec ad longè diuerſum, mutatio fiat,
quippè alias, nec ſtatim, nec facilè, ei ſe aſſueſcere,
ſed moderatè, per paruum differentem, ad maxi-
mè idoneum, ueniendum eſt, quod ſic ſemper mi-
nor affectio inde ſecutura uideatur. Morbus prę-
terea dat inducias, dum ex eorum ille genere non
ſit, qui leui motione ſtatim irritantur, vel ſaltem
occaſione temporis eius, quale ut plurimũ eſt ſta-
tus, nullum ſit futurum ægro detrimentum. Seli-
getur autem aer aptus ab inepto, ab his, qui pro ra-
tione temporis anni, loca propria diligenter fue-
rint peruagati, perluſtratique, quia vel ſola con ta-
gione loci, vel alterius loci conſenſu, aer alius, ac
alius eſt, in hoc uerò expertis ſtandum erit. Am-
bientem aerem, inter ſeruandas uires, imitari ui-
dentur veſtes, medicamenta cuiuſuis generis, &

alia

alia quæuis extrinſecus contingentia, quibus tum ſpiritus cũ inſito calido à nimia diſſolutione tuentur, dum ſcilicet ipſi intra ſubſtantiæ noſtræ ſepta, horum cõtingentium beneficio fouentur, manutenenturque, tum demum, ſi illi forſan oppreſſi, vt vnà calor ſuppreſſus videatur, leuato quaſi onere, liberantur, reſpirantque, & inſimul calor ipſis impreſſus exurgit, ſeque foras validiorem profert: Hæc illa ergo quæcunque fuerint, quamquam pro ægrotantis, & morbi, cui congrua ſunt, cõtingenti conditione, contingentia nuncupantur, neceſſariò attamen quoniam per ea tempora indicantur, iure illa, ex arte, per ſummam diligentiam adminiſtranda ſunt; verum qua ratione, & forma, & qua dein quantitate, ac opportunitate, conueniant, ſuo loco dicemus. Extrinſecus autem aduentantia hæc, noſque ambitu ſuo, ob unam uirium conſeruationem, alterãtia, ea iam ſequuntur, quę perpetuò in nobiſmet, à nobiſipſis perpetrantur, inter quæ ſunt, perfectiuarum actionum noſtrarum exercitationes, & otia (conſeruantia etenim opera ad nutritionem referuntur) omnis generis, nec non & quæ occaſione curationis, ægrotanti contingenter acceſſa, his finitima eſſe conſpiciuntur. Siquidem ut exuberans, immodicusq; exercitationis operationum harum labor, ſpiritus exhauriẽs, uirium ſubſtantiam diſſipat, ita earum ſubinde robur infringens, præſentes morbos difficiles, grauesq; reddit; Otium uerò, modum, & terminum

præ-

prętergrediens, calorem inertē, ſpiritus ignauos, & ad agendū ineptos, efficit, unde meritò morbus, naturę oppreſſo robore, augeatur: Ita ex mediocri harū, tum otio, tū exercitio, contrariū fit. Namq; mediocre exercitiū, cōuenienter, & opportunè factū, ſpiritus facilè leuat, uiresque, atq; calorē, partibus intimis quaſi ſopitū, & tepeſcentē, excitat, exacuit, diffundit, forasque, veluti uentilatio flammā euocat, & ſic naturæ opera omnia appoſitè adiuuat, ut demum morbus, quo æger premitur, facilius diſſipetur. Inſuper conueniens, & rationi conſentanea quies, adeo utilis, & proficua eſt, ut nihil magis: fatigatæ enim, afflictęque uires, per illā cōmodè reficiuntur, ac reſtaurantur, ut ijs ſubinde pellendis, quę præter naturā inſunt, omnibus bellè ſufficiāt. Verum quod ægrotantium, & ægritudinis varia conditio eſt, ob quam iure, uni exercitium, alteri autem otium, tum intra, tum extra mediocritatē, eſt utile; nè ideo ex his alterutrum propriè conueniat, & quale dein, quantum, & quando ſit profuturum, pro omnibus decernendū eſt. Triplex autem ut eſt exercitationū genus, quo æger quilibet ſuis operibus multifariā exercetur: ita & otiū triplex eſt, quo ęger oīs ab opere quieſcit. Exercetur porrò æger tum primum corporis motu, unde calor innatus excitatur, ut obeundis naturæ munijs promptiùs inſeruiat; tum demū exercetur animi affectionibus, quibus & calor reuiuiſcit, & ad proſequēda etiā opera ſpiritus aduocātur, tum ultimò

vigilijs exercetur æger,per quas neceſſariò vnum vel alterû ex dictis exercitationum generibus magis uiget,& celebratur: Contra,quieſcit ęger,dum ab ipſo motu corporis abſtinet,quieſcit inſuper ſedatis proſus animi affectionibus,veluti magis atq; magis id illi per ſomnum euenit: Quam ob rem vtrum uis generum horum tû exercitationis,tum otij ægro curando conueniat,virium inprimis habenda ratio eſt, ne puta illæ oppreſſæ, diſſolutæ vè ſint; quoniam dato illas eſſe per morbum oppreſſas, tunc exercitium vtile futurum eſt, dato verò eas iam diſſipari; tunc vtile magis otium eſt: Verum adhuc ne morbo, cauſæ, aut ſimptomati, ex exercitatione, vel quiete, aliquod immineat excitamentum,accuratè attendendum,quoniam licet uires,vnum ex his alterumvè,requirant,quod nihilominus ſępè,per exercitium,calor aliquis perperam excitatur, uel humorum agitatio aliqua præſtò ſit,tandemque ægro detrimentum ſuccedat,illud ideo ſępè euitabitur; velut & de otio plerunq; dicendum eſt. Ergo poſito locale corporis exercitium,otiumvè, admitti,ſanè quoniã illud varium eſt,quippè modis innumeris, tum ſpontè, tum arte,corpus exerceatur,utique tale illud conueniens eſt, quale, robuſtè, mediocriter, aut parcè, ęgrum afficiat,at pro ratione formæ, modivè exercitationis,& otij,magis aut minus ęger afficit: Sed quantum,& quouſq; deſideretur, permittaturque,tum occaſionis magnitudo docet, propter quam ſcilicet,

cet, exercitatio, otiumvè expetitur, tum demum rerum præter naturalium omniũ permiſſio monſtrat; etſi interim non contemnendæ in hoc præſentes vires ſint, quatenus robore ſuo vtrumuis horum deſideratum, atque permiſſum, ferre videntur.

Namque deſideratæ exercitationis, quietiſvè corporis occaſio magna, validam & magnam ſine dubio exercitationem, uel quietem petit; at mediocris, mediocrem: Verum magnitudo hęc à pręter naturalibus eo permittitur, quo ipſis incrementum nullum, aut horum curationi impedimẽtum nequidem minimum ex ea ducat originem: Et porrò quantitas, & qualitas exercitationis, ac quietis, hac ratione decernitur; quamquam adhuc, ut res pro uoto ſuccedat, uirium pręſentium ſemper habenda ratio eſt, ut inquam operi ex arte inſtituto illę adeo conuenientes, quod ad intentum conſequendum bellè ſufficiant, nec detrimentum aliquod ex eo paſſuræ vſquam videantur. Quod autem ad opportunitatem ſpectat, etſi cuiquam non dubitandum uideatur, quin vbique ſemper conſuetudo ſit obſeruanda, ita ut cum ſtatis diei horis, per ſalubrem uictum, ęger exerceatur, ſiue quieſcat, neceſſariò quoque, per ęgritudinem, nefas ſit ab his velle decedere, attamen quod ad abolenda, quę pręter naturam ſunt, inter curandum, plura, & ſanè multum uirium labefactantia, per euidentem utilitatem, moliri coacti ſumus, iure in

hoc magis cõſuetudo poſthabenda erit, poſteaquã nec eã in hoc negotij faceſcat plurimum, minusq; perinde ęgrum afficiat, utcũque tamen, in hoc, & in reliquis, quo liceat minus, decedendũ ab ea eſt. Quam ob rem, ea inter curandos ęgros erit exercitationis, & otij debita opportunitas, quam nõ uires ſolum exigent, ſed & morbus, & quę prętet naturam fuerint [illegible], per eorum uaria tempora importabunt, & adhuc etiam quam opera, & inſtrumenta ex arte præſcripta, citra impedimentum, admittent. Animi exercitatio ſequitur, quæ ex uarijs eiuſdem affectibus, ob iraſcibilis, & concupiſcibilis paſſionis impetum ſæpiſſimè cõtingens, non paruifacienda eſt: Affectionum quippè procellis, & fluctibus ſani & ægrotantes ita ſæpè iactamur immodicè, ut vel inde potiſſimum oppreſſi ſpiritus facilè præfocentur, uel ſaltem diſgregati celerrimè diſſipentur, atque uiribus conſequenter deficientibus, omnis naturæ, & artis fauor, aduerſus morbum requiſitus, penitus intercipiatur. Quamquam eiſdẽ quoq; affectionibus inter curandum aliquãdo penè ſopiti ſpiritus ita appoſitè excitentur, ut reuiuiſcentes, viribus ipſis ad obeunda munia apprimè faueant, vt illimet etiã ſæpè agitati, ac mox perindè nimis reſolubiles, commodè tunc reprimantur, reducanturque in modum, quo ſcilicet tum artis, tum naturæ fauor præſtò ſit, nec ullo modo deficiat: Vt in ægris ideo, animum conſtantia quadam, nimij affectio-

num

num impetus procul arceantur, atque ipſi quandocunque utiles futuri ſint, in modum, quo ad fieri poſſibile eſt, redigantur, ſtabili, firmaque lege, ita ſtatuendum. Omnem animi impetum, qui repentin, ac ualidè ſpiritus commoueat, ut eos ſubinde ſic opprimat, diſſipetvè, ut naturæ munia proſequenda turbentur, infirmis, atque ſanis omninò uitato. Quod ſi remedij loco, ille, ea ratione præſertim veniat permittendus, quinimmo ex arte, Rhetorico puta, vel Muſico ingenio, procurandus, qua iam certi facti ſimus eum mediatè, aut immediatè, ſpiritus, aliudvè, in gratiam curationis, excitaturum, aut mauis impedimentum aliquod eius intercepturum, iam tu illum libenter, per conuenientem opportunitatem, hoc eſt nihil obſiſtente, admittito.

Sed tam animi, quàm corporis exercitio, quietivè, ut ferè uiribus, ita quaſi ordine, connexi, & affines ſunt, ſomnus, atque vigilia: non enim ſolum motus, verum & ſenſus, omnisque perfectiuæ actionis, ſomnus ceſſatio quędā eſt, in qua non modo, ut in corporis quiete, partes omnes a motu ceſſant, ſed ut per ſummam animi tranquillitatem, affectus omnes conſopiri ſolent, ita meritò ſomnus, laborum omnium corporis, animique, quaſi perfugium æſtimatur. Vigilia autem ſimilia ferè ac exercitium præſtat, quod ſpiritus ad motum, & functiones omnes proſequendas uniuerſim excitet. Quapropter, ſomni etiam, vigiliæque,

regula quędam neceſſaria eſt: In ægris quoniam ſomnus, vnà cú vigilijs, quamquam naturalis eſt, ſæpè tamen etiam pręter naturá fit: Naturalis porrò ſomnus eſt, qui ſpötè viciſſim poſt vigilias conſueto tempore fit: Non naturalis verò eſt, qui viciſſim licet per uigilias accidat, uiolenter tamen, & intempeſtiuè fit: Similiter & vigilia: Dignoſcitur verò utriuſuis differentia ab effectis primum, ex quo ſemper æger ex non naturali ſomno, uigiliavè, deterius ſe habet, & uires ipſe euidentius infractæ manent, quod has ſomnus opprimat, uigilia autem diſſipet: Ex cauſis deinde, quod præter naturale principium iam pridem anteceſſerit, ſiue illud morbus, eiusvè cauſa, ſiue demum ſimptoma ſit; quod & de uigilia certum eſt: Atqui, ut ſomnus, uigiliavè naturalis, non aliundè quam ab inſtinctu naturæ ortum habet, perindeque ex ſe nihil uſquam malí agit; iure inter ęgrotandum ille ſolum ſomnus, illaque uigilia, ad uires fouendas utilis cenſebitur, quam à naturali, & conſueta parum, aut minimum deceſſiſſe planum fuerit; quippè non naturalis, utpotè à cauſa præter naturam proueniens, ſiue ſomnus ipſe fuerit, ſiue vigilia, ſemper afficiat, & lędat: Interdum licet remedij opportunè deſiderati cauſa, & ſomnus, atque uigilia, medicamentis utiliter, etſi uiolenter, excitentur, quo ſanè caſu, damno, utilitas ſemper pręferenda eſt: Quamdiu autem, uel quantum dormire, uigilarevè, ægris proficuum ſit, accuratius

tius præſcribendum, quando ſi modum ſomnus quamuis naturalis exceſſerit, poſt multa in ægri detrimentum pernicioſa mala, hoc unum præ cæteris agat, quod ſpiritus offundat, & obſcuret, functionesque inde omnes torpore & ignauia infringat, ut morbo demum ipſi fomes ſuppeditetur: Vigilia verò nimia, tum è directò ſæpè curationi aduerſatur, tum quod magis eſt, ſpiritus exhaurit, & fatigatione diſſoluit, ut functiones pedetentim naturæ omnes malo maiori cadant, & infringantur: Itaque, ut modus tam ſomno, quàm uigiliæ inter curandum imponatur, duo ſemper ante oculos habēda ſunt, quorum unum eſt, Virium ſeruandarum robur, cuius neceſſitate magis, uel minus dormiendum, vigilandumvè eſt; alterum eſt, Indicatorum operum inter curandum repugnantia, conuenientiavè, ne porrò his multum, aut minimum, ſomnus, uigiliavè repugnet, ſiue potius illis maximè conueniat; poſteaquam aliquos tum ſomnus, tum uigilia iuuet, aliquibus autem omninò aduerſetur: Duobus enim his adamuſſim obſeruatis, inuicemque comparatis, pro uincentis neceſſitate, rationabilis uigilandi, & dormiendi proportio decerni poteſt: Verum enimuerò illud ſemper opportunè factum cenſendum eſt, ſeruata quidem conſuetudine, per quam tunc potiſſimum temporis dormire, uigilarevè ægris datum eſt; cæterum præterea magis dum indicato operi inter curandum celebrando, ſomnus, aut ui-

gilia magis conueniat, minusque aduerſetur: ita namque appoſitè ſeruantur uires, quarum beneficio ſemper curatio morborum bellè proſequitur.

DESTRVCTIONI EORVM OMNIVM quæ præter naturam inſunt, & potiſſimum cauſæ, qua ratione ſit incumbendum; & primum per alterationem, demonſtratur.

CAP. V.

POSTEAQVAM autem viribus vndequaque conſultum, prouiſumque fuerit, operæ pretium erit, id quod præter naturã ægrũ labefactarit, funditus extirpare. Id ergo iam quatenus certis pręceptis conſequi ualeat, demonſtrabimus. Porrò quæ præter naturam ægrum afficiunt, duo ſunt: Morbus nempè, & Simptoma, quod morbum eiusvè cauſam ſequitur. Hunc ipſum itaque morbum, vnà cum ſimptomate, ex arte pellere doceamus. Pellitur autem morbus per ſe a ſuo contrario, atqui primum eius ſummota cauſa, quoniam cauſa perſiſtente morbus ipſe manet, nec penitus euelli poteſt, quod ſi admitaris, quantum huius demes, tantumdem aſſidua cauſa proferet: nunquam enim, naturalis illa cum ſit, otioſa manet, atque licet morbus, perſiſtente cauſa, interdum

leuior

leuior fiat, minimè tamen eius ſuccedit perfecta curatio. Cauſa igitur primum iure demoliēda eſt, ita enim quod præter naturam inerit, radicitus extirpabitur, nihil ut deinceps eius repullulet; tum ſcilicet morbus, quo inprimis corpus afficitur, tum deinde ſimptoma, quod ut ex morbo, vel cauſa eius ducit originem, ita ad morbi eiusque cauſæ deſtructionem funditus euaneſcit. Verum enimuerò, quoniam morbi cuiuſuis cauſæ, aliæ remotæ ſunt, quæ præincipientes appellantur, & demum aliæ proximæ, quæ in coniunctas, & antecedentes ſubdiuiduntur, quatenus propterea vnaqueq; harum ad morbi ſimptomatisvè facturam concurrit, eatenus earumdem vnaqueq; ordine congruo demolienda. Ex proximis quidem cauſis, hoc eſt coniuncta, & antecedenti, morbus, ac ſimptoma, primariam ducunt originem, ex his tamen, quod cōiuncta ab antecedenti ferè ſemper proueniat, ea nempè ratione, qua id quod illius iā antecedit, ut ſua & poteſtate proximā morbo hęrentē cauſam, quę coniuncta dr̄, ad morbum faciendū, factumq; ultrò magis, magisq; augēdū inducit. At pręterea, quoniā antecedens ex pręincipienti, tanquā ex potiſſima eius occaſione, pendet, cauſis idcirco oībus quomodolibet morbū, uel illi annexū ſimptoma facientibus, ordine recto ad ſanitatē uſq; diſſipatuřis, rationi maximè cōſentaneū eſt, ut ex his, hæc pręincipiens (ſi aderit) priori loco pellatur: Secundo autē loco proxima, quæ antecedens; & ultimò

quæ

quæ coniuncta, immediataque eſt: Ita namque ſecundùm artem, quæ ex his reliquarum cauſa eſt, & à qua ſucceſſiuè alia fit, rationabiliter diſſipabitur primum; qua ſanè via, recta curatio proſequitur, quandoquidem prius diligenter incumbendum, ne factum malum creſcat, poſterius autem, vt iam factum omninò eſſe deſinat, niſi ſimul, atque ſemel, vtrique conſulere conceſſum uideatur. Ergo à remotis, & preincipientibus cauſis ſumpto principio, unde potiſſimum morbis occaſio pręeſt, animaduertendum, vt aliàs diximus eas quamplutes eſſe potuiſſe, vtcunque autem ipſe fuerint, uniuerſim de illis ſic habeto: Vbi iam fortè ipſę receſſerint, vt iam earum nulla ſua prçſentia adſit, nulla ſimiliter earum inter curandum habenda ratio eſt; quippè non entis nulla operatio uideatur; ſed vbi adhuc ex his aliquę maneant, ſi cognoſcantur, hę quoad fieri poſſit auferendę, abolendęque ſunt, quod equidem facilè futurum eſt, ex quo etiam beluę ea promptè declinent, à quibus ſentiunt ſe offendi: Quod ſi prorſus auferri illę nequierint, in modum redigi ſaltem quoad poſſibile fuerit tentandum erit, tentandum inquam ut citra utriũ iacturam tales, tantæque ſint, & inſuper opportunè admittatur, vt nequaquam ulteriorem morbis occaſionem prębeant, illis quin potius omniquaque aduerſentur. Atque ita de his vniuerſim ſentiendum, ſiue puta de genere eorum ſint, quæ extrinſecus aduenientia, ambitu ſuo afficiunt nos, ſiue

quod

quod intrinſecus aſſumpta, nos quoq; receptu ſuo, ſuaque præſentia mutant, ſiue demum quoniam cum à nobiſmet facta ſint, inter agendum neceſſariò alterant. Ad tria enim capita hæc omnis morborũ pręincipiens occaſio, vt diximus, redigi conſueuit. Singulorum autem alia, vel omninò alia quod habenda ratio ſit, proculdubio una omnibus communis vniuerſim exprimi non poteſt. Cæterum remotis, pręincipientibusvè cauſis hiſce, proximæ morbi cauſę ſuccedunt, earum ideo propulſatio conſequenter molienda eſt. Hę verò quamuis fortaſsè plures, differentesque etiam eſſe poſſint, eędem nihilominus, ut aliàs diximus, ad humores noſtro inſidentes corpori, ut plurimum reducuntur, ad humores inquam ſua quantitate, & qualitate peccantes, qui tum proximè, & coniunctè morbum efficiunt, tum antecedenter morbo eidem ſeſe præbent ad cauſandum accõmodatos, adeo, quod ne cauſæ morbi proximæ, & cõiunctæ, quę ipſarum met antecedentium, humorum nempè peccantium, naturam ſapiunt (eorum quippè diſſecta portio ſint, quæ eadem cum toto naturam habet) ne illæ inquam ex his habeãt augmentum, profectò poſt remotas, pręincipientesvè morbi cauſas, ad abolendas proximiores acceſſuri, antecedentes prę alijs omnes, humores ſcilicet, tum qualitate, tum quantitate ad cauſandum accommodatos, demum proximè, & cõiunctè cauſantes, operibus ac inſtrumentis idoneis, in modum, ſi liceat redi-

gendi,

gendi, vel tandem diſſipandi ſunt. Idonea autem opera ſunt, & inſtrumenta, quæcunque huic aſſequendæ indicationi, tutò, citò, atque iocundè ſufficiunt. Sufficiunt uerò, ſi ex præſcriptis regulis certa qualitate, & quantitate donentur; ſi inſuper uſu uenerint tempore opportuno. Cæterum, tum opera, tum inſtrumenta ad curationem requiſita, ab humoris peccato, unde morbum iam fieri ſuppoſitum eſt, vniuerſim indicantur; humor quandoquidem ea ratione tantum arte corrigendus, ammouendusvè ſit, qua ille præter naturam exiſtens morbi præſentis cauſa eſt, unde cum ſæpè talis ſit, vel quia iam qualitatum propriam ſimetriam amiſerit, vel quia inſuper proportionatam molis quantitatem ſit prætergreſſus, ut iam naturæ imperio aptè regi, gubernarivè, & in priſtinam redigi ſimetriam nullo modo poſſit, meritò cuiuis determinato humoris peccato, determinatum quoque aduerſarium opus, & inſtrumentum obijcitur: Atque ſi ſolum in qualitate error adſit, alteratio tunc ſolum, appoſitis ingenijs, perpetranda indicatur: Alteratio quandoquidem ſit humoris ſua qualitate peccantis in contrarium facta mutatio. Si verò tantummodo peccatum in quantitate ſit, tunc euacuatio tantum, idoneis artis auxilijs, aggredienda eſt. Euacuatio porrò ſit humoris ſua quantitate peccantis euidens demolitio, quod ſi demum utrumque, qualitatis ſci-

licet,

licet, & quantitatis peccatum ſimul adſit (ferè enim ſemper adeſt) utrique etiam ſimul, proprio tum opere, tum inſtrumento, occurrere operæ pretium eſt. Itaque de operibus his, alteratione ſcilicet, euacuationeque, ac inſtrumentis, quibus vtrumque perficitur, dicendum nobis eſt. Perquiremus autem utriuſuis qualitatem, quantitatem, & opportunitatem, atque ut integritati doctrinæ plenè ſatisfiat, ſeorſim ab alteratione ordiemur. Verum, quod ea circa qualitates verſetur, præmittenda ideo de qualitatibus quædam ſunt: puta, eas plures eſſe, nempè calidum, frigidum, & reliquas, quarum certa temperies humoribus per ſanitatem ineſt, veluti per ægritudinem intemperies. Rurſum qualitates, uel primas, uel ſecundas ex primis emanantes exiſtere: Peccare autem alias manifeſtè, per apertum exceſſum, defectumvè; & alias latenter, utpotè, cum totius humoralis temperamenti harmonicum conçentum aliquando deſierit, ut toto etiam nobis inſito temperamento, quaſi venenum è directò aduerſetur. At qualiſcunque qualitatum error fuerit, quo humores ab indita proprij temperamenti ſimetria decedant, hic met dubio procul quantò citius emendandus eſt, & mediocritati priſtinæ reſtituendus. Reſtituitur autem, ſi per alterationem, idonea inſtrumenta, quæ peccantibus qualitatibus è directò aduerſentur,

admi-

adminiſtrata ſint; quando ſimilia ſimilibus conſeruentur, & contraria contrarijs diſſipentur: At qualitates, vt dictum eſt, tum primæ ſunt, tum ſecundæ, tum ſimplices, tum complicatæ, ſiue latenter, à totovè temperamento, ſiue manifeſtè afficiant, ergo his ab inſito modo diſtantibus opere, & inſtrumento prorſus aduerſo occurrẽdum eſt. Aduerſitas autem hæc, contrarietasvè, penes multa attendenda eſt, poſteaquam modis inſtrumentorum uarijs quæuis alteratio huiuſmodi celebretur, tum inquam directè, hoc eſt per propriam, & rectam contrarietatis vim, tum indirectè, nempè alio, quodcunq; fuerit, mediatore, pręſertim quod non ab arte ſolum, ſed à natura etiam omnis ferè alteratio fiat. Natura enim inter coquendũ quoduis in corpore reſidens, id caloris inditi ope perpetuò conficit, eoque demum perducit, quo vel utile, & perinde proficuum, nutritioniq; aptum, vel inutile, excrementitiumque, attamen minimè noxium, prauis ſcilicet qualitatibus, quibus illud morbis præuia cauſa ſit, denudatum euadat: Ars autem quoad fieri poteſt, accommodatis ingenijs, naturæ imitatrix exiſtens, eidem licet exquiſitè non reſpondeat, opportuna ſaltem pabuli, & remediorum adminiſtratione, facit, ut uel ad agendum natura ſolicitetur, uel ut impedimenta, quibus ab utili opere retardatur, intercipiturvè, auertantur: Et quidem omnibus in contrarium alterantibus, ut ex his demum ſimul uitioſa quæ uis
humo-

humoris præſentis qualitas permutetur, vel ſi non in priſtinũ, in minus ſaltem noxium ſtatum perducatur: In quibus mehercle à Medico adminiſtrandis, tum ob proprietates, quæ ſunt corporibus propriæ, & quæ ſola experientia deprehenduntur, tum etiam ne uni tandem aſſueſcens natura, eius uim non ſentiat, & aſpernatur, dum in eodem genere ſtet, per uaria, & multa vagari permittitur. Sed operibus inſtrumentiſque delectis, propitius artificialis eorum uſus eſt decernendus, hunc ſanè peccãtis humoris ſedes indicat, ea quoniam quam proximis vijs, quod expetitur, ut tuto aggrediatur, oſtendat; & ne intrinſecus, vel extrinſecus, rurſum ne mediatè, vel immediatè proſequenda alteratio ſit, ſiue in toto, ſiue in parte corrigendus humor collocetur, per quæ demũ loca, ut ad agendum, & patiendum, debitus contactus requiſitus præſtò ſit, remedia miniſtrãda ſint, & ut eo quam facilè perducantur, qua forma præſcribenda, apertè ad modum doceat.

Alterationis ſpeciem ſequitur quantitas, quæ magnitudinis exceſſus qualitatum, per ipſam tamen tolerantiam totius, uel partium, quæ humoris occaſione alterationi eidem ſunt obnoxiæ, metienda eſt. Etenim cum exceſſus qualitatum occaſione potiſſimum alteratio indicetur, proſequaturque, iure quantus exceſſus ipſe fuerit, tanta etiam alteratio deſiderabitur: Quam ob rem latè patere debere alterationem, latè patente exceſſu,

mino-

minorem autem alterationem deſiderari, dum parum à iuſto temperamento decedat, uerissimum eſt: alioqui enim, ut quo ſupar, infirmiorvè alteratio eſt, errorem quidem exceſſus quadantenus minuat, ſed nunquam prorſus tollat, uel emendet; ita, alteratio ... modú ſuperans, exceſſum in contrarium inducat; Vnde, ſi fieri poſſet, ſemper ea quæ par exceſſui fuerit alteratio, quæque tanto receſſu, quantum & humor a propria conſtitutione diſtat, procuranda eſt; alteratio quippè adamuſſim tanta, in humoribus peccantes qualitates vniuerſim corrigat, atque perſanet. Sufficientem autem quantitatem hanc in medicamentis, hoc eſt alterantibus inſtrumentis, bifariam adeſſe dicimus, intenſiuè nempè, & extenſiuè, vel quatenus ſcilicet multi, aut pauci actiuitatis gradus, illiſmet inſunt, quibus validius, aut imbecillius agere illis eſt conceſſum; vel quatenus ex diuturniori adhęſu, longius, altius, & latius, eorum uirtus communicat ſeſe, ita quippè ſæpè imbecillum licet medicamentum, uel hac nihilominus occaſione, ſenſim ualens, & potens euadit: Sed horum utriuis modorum quantitas alterantium medicamentorum metienda ſit, & ſitus, & toletantia partis, oſtendit: Situs enim, quoniam quantò altius pars ſtet, tantò maiorem inſtrumenti vim, eiuſque uſus diuturnitatem expetat: contra, quantò magis in extimis fuerit, tantò minorem; longiori etenim itinere ſemper defatigatio, ac uiriũ amiſſio maior, quàm

breuio-

breuiori; ergo tum quoq; maior, tũ minor diſtantia, ad exactum quantitatis alterationis, & alterantis inſtrumenti, delectum, eſt prænoſcenda. Dum attamen alteratio tanta citra noxam toleretur, qui tolerantiæ defectu, alterutra requiſita alterationis quantitas non conueniat. Tolerantiam autem (hanc, cõditio totius, aut partium corporis, quę humorum corrigendorum occaſione, alterationem) ipſam ſuſtinere coguntur, indicabit; quando certum ſit neutiquam corpus quoduis, partesvè eius omnes, conſtitutione ſimiles eſſe, ſed inuicem valdè differre, perindeq; neutiquã eodem robore omnes poſſe cuiuſuis alterationis impetũ ſuſtinere, eo quod ſæpè, poſt proprium in ſitum temperamentum, quod operi, vel inſtrumento, aliquando contrarium eſt, adhuc aut mollis, aut duræ, tum raræ, tum denſæ ſint conſiſtentiæ, per quam magis, aut minus ad patiendum accommodentur. Ex hac ipſa ergo totius, aut partis, conditione cognita, alterationis requiſitæ idonea tolerantia meritò fiet conſpicua, ne dum humores, toto, uel parti contentos, alios, alterationis opus, reddere, & in modum redigere intendentes, tales tunc eos facere, ob propriæ ſedis, alteriusvè conſentientis, repugnantiam, auertamur, cum ſi imprudenter admiramur, aliud ab eo quod expetitur aliquando contingat, puta ex uno humorum peccato, in aliud totius, vel partium corporis deterius, inopinatus ſit tranſitus.

Hæc itaque ea cum ſint, quorum ſumma eſſe debet obſeruatio, ut certa alterantis operis, & inſtrumenti quantitas decernatur, eadem met ideo ſibi inuicem diligenter conferenda; Puta, ſi magnus adeo exceſſus ſit, quod longè multum tolerãtiam ſuperet, quia in præcipiti, pernitioſoque tunc ſimus, præſtabit ideo aliquo tolerantiæ diſpendio (quod tamen facilè redimi ualeat) humoris peccatum tollere, quam quod ex eo mox deterius malum euadat, tunc porrò tanto exiſtente exceſſu, ſi non integrum, validum ſaltem alterationis opus, & inſtrumentum admittitur, & quaſi extremo, extremum utiliter remedium adhibetur: Quod ſi contra, res ita ſe habeat, ut cum mediocri exceſſu, tolerantia conſtans, & ualida ſit, iam tunc ſimul omnem, integramque deſideratam alterationem, quę exceſſum penitus eximat, moliri conceſſum eſt, ita quoniam alterans inſtrumentum exceſſui conuenienter repugnans, mutua licet alteratione refrangatur, tandem tamen, conſtanti inſiſtentia uincens exceſſum, quia præter naturam eſt, emendabit. Cæterum, quod tunc nec præceps exceſſus eſt, nec periculoſus, lente ob id ille, paulatimque tutius eximitur: non enim citra magnam partium omnium offenſionem, magnamq; iacturã, uniuerſum tunc repentinè demoliri licet, quod in contrariorum validorum pari robore, magna ui, & utriuſque iactura confligatur, omne ſi quidem nimium naturæ inimicum uidea-

uideatur, paulatim verò quod fit, idcirco tutum, quod tum exceſſui, tum robori partium tunc conſulatur, ille quippè abigatur, robore quam minimè fieri poteſt offenſo: Lentè verò, ſeu paulatim, alterationis opus exercetur, cum inſtrumentum maiori, aut minori virtute preditum ſepius repetatur, atqui non uſque adeo imbecillis, & languidis viribus, ut nulla inde utilitas ſubſequatur; exceſſus enim vehementior illas ſic aſpernatur, ut his licet iteratis, nihil tamen cedat; ſed ſic duntaxat uires remediorum blandæ ſint, ut tamen iuuent; ita quippè ſenſim, longiori licet tempore, exceſſus omnis depellatur, nullo aut paruo roboris diſpendio. Sed de alterationis opportunitate dicamus, quæ ſanè tunc ſemper euidens eſt, cum humores uitioſo aliquo qualitatum exceſſu laborent, ab initio autem morbi talis exceſſus adeſt, opportunitas itaque ipſo ſtatim initio præſtò eſt, ſtatimque ideo, atque adoritur morbus, alterationem aggredi neceſſe eſt, dum inſimul tamen illa toleretur, nec aliquid ſit quod eam impediat. Impedit ſanè interdum euidens coniectura, effectus cuiuſpiam noxij, inde ex accidenti, quaſi neceſſariò, pro ſubiecti diſpoſitione futuri, ob quem vnum tunc, vel retardatur, vel etiam peruertitur legitimus medendi vſus. Verum, ſi liceat, ſtatim opus inchoandum, & tamdiu in eo perſeuerandum eſt, quamdiu humores ad propriam ſimetriã, uel propè ſaltem, reſtituantur. Sed quoniam exceſſus hic

humorum non vnius generis eſt, cui meritò ſemper ſimplex alteratio ſat eſſe poſſit, ſed ut plurimum diuerſi, multiplicisvè, quod humores ſępiſſimè, non primis qualitatibus tantum peccent, ſed ſimul, & ſemel ſecundis etiam, & a toto ſæpè temperamento, ex quo alterationis opus varium meritò eſt, ut nempè omnes exceſſus corrigat. Et quidem id cum ita ſit, attendendus diligenter ordo eſt, qui in corrigenda humorum qualitate ſit obſeruandus, quippè ſi correctio, alteratiovè multiplex requiratur, quæ item ſimul nequaquam proſequi ualeat, quod prioritatem, & poſterioritatem ſeruare opus ſit, ab eam nos tunc ſumemus exordium, quæ magis vrget, ab eaque quæ eſt cauſa alterius, uel ab ea denium, ſine qua alia fieri nullo modo poſſit, ut puta alteratio, qua humor corrigitur, quatenus antecedens morbi cauſa eſt, aliam ſemper præcedat oportet, qua humor ipſe emendatur, quatenus ueræ coniunctæ cauſæ rationem habet. Hic autem prioritatis, & poſterioritatis ordo, temporis uariam ſupponit opportunitatē, quæ quoniam omninò obſeruanda eſt, proptereà & ipſe operandi ordo accuratè attendendus eſt. Et inſuper licet inter agendum, per morbi tempora, quantitatis augendæ, uel minuendæ, opportunitatem etiam obſeruare utilę videatur, qua nempè magis, aut minus, humores alteros facere opus ſit: attamen, quoniam tutius eſt, vt dicebamus ſenſim,

&

& blandè ſemper incedere, & partito opere vti (niſi leuior exceſſus fuerit, qui pari contrario, extra roboris iacturam, ſemel, vniuerſimque, ſummoueri poſſit) ideo ferè nunquam, præciſa operis quantitas, præter illam, qua paulatim dématur affectus, decerni poteſt, cum adhuc interim, atque perpetuò, toto morbi progreſſu, plurium contingentium occurſus nequaquam negligendus ſit, ex quo multiplex augendæ, vel minuendæ quantitatis occaſio ſæpiſſimè ortum habet. Et de alteratione humorum vniuerſim, tum quatenus antecedunt, tum quatenus coniunguntur morbo, ſat dictum.

DEIN QVA ARTE PRÆTER naturalium affectuum cauſa, quæ antecedens tamen eorum fuerit, per euacuationem depopuletur, & inprimis, qua ſpecie euacuationis id aggrediendum, explicatur. CAP. VI.

IAM quid de vacuationis opere, & inſtrumẽto, cenſendum, oſtendamus, humores ſiquidem, vt plurimum, non ſua qualitate ſolum, verùm & quantitate, immo hac ipſa magis, ſanitati aduerſantur, quibus ideo, cùm contraria ſe inuicem pellant, poſt vnam alterationem, adhuc magis euacuatione

occurrendum eſt neceſſariò. Eſt porrò euacuatio, humorum, qui ſua quantitate peccantes morbum faciunt, & fouent, deſiderata expulſio. Humores namque, per morbos ex ipſis oriundos, ea ratione tales ſunt, qua ſiue boni, & utiles, ſiue mali, & inutiles, quanticunque aliquando fuerint, ad vires attamen collati, plures omninò ſunt, quàm ab illis, uel attractione, vel retẽtione, vel coctione, uel demum expulſione, regi, gubernariq́ue poſſint; atque ideo corpus, quo continentur, facilè in morbum præcipites ferunt; poſteaquàm licet ſimpliciter, & multi, & pauci, & mediocres eſſe poſſint, nihilominus etiam pauci, cum infirmis viribus, vel ſola qualitate, uel ſola quantitate, uel utraque ſimul, ſępè moleſti ſint, quod puta intra limites non conſiſtentes, a noſtri caloris gubernatione deſtituti, tempore, dierumq́ue numero, morbis cauſam præbent; atque meritò ut ipſos cauſare apti nati ſunt, cauſæ antecedentis rationem habent, ut verò ex his iam morbi actu fiunt, cauſę coniunctæ nomen conſequuntur. Ergo quandocunque humores ita ſe habeant, ut a iuſto naturæ modo defecerint, vtque uiribus iam pridem moleſti adeo ſint, quod ab his nec pelli, nec in modum ſaltem redigi valeant, arte tunc protinus auferendi, expellendiq; ſunt, hæc autem illorum expulſio, eorumdem iam dicta euacuatio eſt. Quæ profectò inter curandum neceſſariò conuenit, perinde atque aliud quoduis artis opus conueniens eſt, nempè

cum

cum indicatur, & cùm toleratur. Indicatur ſanè, quandocunque humores, qui morborum cauſa fuerint, modo prædicto ſe habuerint. Toleratur præterea, ſi tunc uires ſatis ſuperque per ſe ualentes, ſua adeo vigeant præſentia, quod propriæ conſeruationi incumbentes, ita in poſterum tantæ futuræ ſint, ut ex ſufficienti uacuatione, vltrò quam par ſit, minimè diſſipari, conuelliq; poſſint.

Sed ut deſiderata uacuationis huius conditio ſemper adſit, diligenter omnes adhibendæ obſeruationes ſunt, qualitatis nempè, quantitatis, & opportunitatis, quæ in omnibus ad curãdum requiſitis operibus, & inſtrumentis neceſſariò requiruntur. Cæterum, poſteaquam humor qui peccat, perindeque euacuandus eſt, partim morbum antecedit, & eundem partim comittatur, ideoq; uel antecedẽtis, uel coniunctæ morbi cauſę rationem habet, ut dictum eſt, iure de uacuatione humoris antecedentis primum accuratè tractandum, poſtmodum enim quæ demolitioni eiuſdẽ comittantis, & coniuncti, conueniunt, clarius eluceſcent. Itaque quali nam operis, & inſtrumenti, ſpecie, humoris huius uacuatio tentanda ſit, quando, non quomodolibet, ſed determinatè tãtummodo, humor qui lędit, aut qui lędere aptus eſt, demoliatur, duobus præcipuis ex fontibus aptè deducitur; primus quorum eſt, humoris euacuandi qualitas, ſecundus autem, eiuſdemmet humoris ſedes eſt, qua in ægro ille corpore reſidet. Ipſa quandoqui-

dem qualitas opus doceat, & inſtrumentum, quo uacuatio proſequenda ſit: Sedes uerò uiam oſtendat, & modum, quo uacuatio ad uotum celebratur: Namq; humorũ, qui ſuo peccato, inter ægrotandum, antecedentis cauſę rationem habent, duplex conditio eſt, ſeu mauis qualitatis gradus, quoniam uel alimentitij, utileſque ſunt, qui ad nutriendum apti cẽſeantur, ut bonus ſanguis eſt; uel excrementitij, inutilesque, qui ad nutritionem prorſus inepti ſunt, ut bilis, pituita, melãcholia, aliudue quod ad hos referatur; Qui porrò gradus, ſi ſenſus forte latuerint, conijciuntur, dum cauſæ eorum, & effectus, expendantur, ſiquidem effectus alij ſint a malis humoribus, & a bonis alij, licet clarius hi ex cauſis colligi poſſint, proprię enim cauſæ bonorum ſunt, atque malorum propriæ, de hac re tamen aliàs habita contemplatio eſt.

Ad hæc, poſito humores hoſce, uel ex his alterum duntaxat, ſuo uitio, uires ſuperantem, talem omninò futurum eſtimandum eſſe, ut ſubinde in morbo antecedẽtis cauſæ rationem habeat, a qua coniuncta ducat originẽ, certum eſt, eum quibuſdam uniuerſo cõmunicantibus ſedibus contineri (& ſi ſæpè etiã determinatis, ac particularibus ex his ſedibus ſtet, undè alio dein proficiſcitur) quæ proprijs limitibus, & terminis circonſcriptę, uias expurgandi uarias ſortitę ſunt: Vna quarũ, uerèq; prima, è uentriculo, ac inteſtinis, in mediã ipſam

ieco-

iecoris partē dirigitur, qua non ſolū uenæ meſenterij, quęcunque ad portam conueniunt, ſed & cauum ipſum iecoris, lien, & his interiectum pancreas; propria ueluti recipiendis humoribus uniuerſi uaſa, includuntur. Altera, quæ ſecunda eſt, è medio iecinore in tenues partiū ſingularū uenas, excurrit, comprehendens iecoris conuexum, omnemq; uenam cauā, & ſuis etiam propaginibus, per uniuerſum corporis habitum diſtributam, & tum renes, tum demū ultro poros omnes corporis attingentem; Adeo ꝙ humorum ſedes hæ etſi ſibi inuicē conſentiant, connexioneq; quadam conſequantur, ex quo una exinanita, altera illi ſuccedat, exinaniaturq;, attamen magna cuiuſuis regionū harum uarietas eſt, quippè cùm quęlibet proprijs finibus circonſcribatur; ideo etiam proprijs uijs, ac ductibus, quælibet copiosè expurgatur, puta regio prima, quæ uijs communibus propriè hęret, per ſeceſſum, & ſæpè per uomitum; regio autem ſecunda, quamquam primæ euidenter communicat, meritòq; ſimilibus uijs, quibus illa onus ſuum deponit, hoc eſt per ſeceſſum, generosè, & utiliter exoneratur, ſatisque etiā ſufficienter ſępè per urinas, & cutis poros, ab omni colluuie expurgatur; adhuc nihilominus per artificiosā uenarū reſerationē, potētiſſimè ab omni onere ſubleuatur. Atqui in hac ſecunda corporis regione, non in prima, humor qui bonus eſt, & ad alendum conectatus, uidelicet ſanguis, propriè reſidet;

quo-

quoniam ſi eam aliquando egrediatur, euidenter propriam conditionem amittit, corrumpiturque. In prima uerò potiſſimum reſidet excremétitius, quod ea quædam veluti omnis impuritatis ſedes ſit, quæ omnem humorum colluuiem ſuperuacuam, deſtinatis receptaculis, corporis totius quaſi ſentina, recipiat; quamquam adhuc ipſemet excrementitius humor, in ſecunda etiam ſæpiſſimè locum habet, ſi præſertim, ut contingit, coquenti hepatis facultate infracta, nondum purgatus ſanguis in propriam ſedem elabatur. Et quidem hæc cum ita ſe habeant, iure non vnico, ſed duplici familiariſſimo artis ingenio, optata, horum humorum cauſæ antecedentis rationem habentium, ex dictis ſedibus, vacuatio celebratur. Primum quorum omninò uiolentum, & citra naturam eſt, quando vaſa, quibus humor uacuandus continetur, opere Chirurgico, ſectione puta, apeꝛiantur, ut inde quaſi fracto uaſe exiret aqua, ſic qui ſua ſede continebatur humor foras erumpat. Alterum verò, etſi per uim finem proprium conſequatur, ſecundum tñ naturã eſt, quãdo naturæ facultas expultrix, alioquin quaſi ſopita, uel impedita, tunc pharmacis opportunè adhibitis, excitetur, irriteturque, ut quod inutile, ac noxium eſt, proprijs ductibus ex corpore pellat. Quare ſi humor, antecedens morbi cauſa, vtilis, & bonus ſit, qualis eſt ſanguis, qui cum ex parte propriã amiſerit ſimetriam, futurus naturę moleſtus eſſeatur,

quoniam

quoniam tamen adhuc ille ferè vtilis ſit, ipſiſque verè utili, & ſyncero permixtus, confuſusque exiſtat, nec dum naturæ iudicium ſit expertus, ſed quaſi ſub Iudice lis eius ſtet, natura autem aduerſus inutile expellentem duntaxat facultatem exerceat, quod autem utile eſt, retinenti ui, ne defluat, quoad poteſt, impediat. Sanè, cum ita ſe habuerit, nequaquam ſecundo vacuationis ingenio, hoc eſt pharmaco, naturæ vim excitanti, & ad pellendum irritanti, quia uidelicet uano, & perperam adhibito, ſed priori tantummodo, hoc eſt uiolenta uaſorum, quibus reſidet, reſeratione, eius euacuatio ex arte tentabitur (non niſi enim per ſummam uiolentiam ægris valdè inimicam, utilis ſuccus, nempè ſanguis, è venis educitur, quod ſi ſponte, euidenti plerunque pellentis facultatis impetu, per uterum, hemorroidas, atque ſeceſſum, foras erumpat, hoc ſolum eſt, ex quo ille temporis, dierumque tractu, degener factus, inutilis, noxius, & malus a natura iudicatus eſt, qualem ſanè, poſt ægri quaſi leuamen, conſpectus eiuſdem oſtendit, quod ſi aliàs ille citra externam cauſam ſæpè alicundè compareat, non profectò ui naturę, ſed propria, eaque mala conditione donatus, uel uaſa frangit, & exit, vel quomodolibet aperit, & foras ſe profert) & licet per hanc, quod illius debitam ſimetriam prætergreſſurum ſuſpicatur, funditus extirpari non poſſit, niſi vnà quod eiuſdem bonum, & perfectum eſt, funditus educeretur, facilè ta-

de tamen minuitur, vt deinceps, quaſi ſublata ſarcina, reſiduum valentius euincatur, redigaturque in modum, ne vltrò cauſæ coniunctæ præbendo fomiti aptum cenſeatur.

Verum qua ratione, artificioſa vaſorum reſeratio hæc, per chirurgiam facienda ſit, ab ipſa ſede indicatur, qua ipſe verè vtilis reſidet, hoc eſt ſecundis enarratis ſedibus, ea propter tunc medicus ſedem dictam, nempè venas, quoad ſibi vtiliter fuerit conceſſum, per phlebotomiam aperiet; inde quippè contenta nullius auxilio foras erumpant, quando diſruptis illis, facultas nequeat obliquis fibris, humorem continere, ac inhibere, quin is aperta via, etiã ex longinquo, ſucceſſione quadam, per partem poſt partem, tum ſui continuitate ſeruata, tum ne vacuũ detur, excidat, defluatq; cum motu, & impetu ſuo, vel ſola venarũ concidentia, illa prorumpat, nihil aut minimum, rectis venarum fibris, protrudente natura. Quamuis vt vniuerſim, id & generosè cõtingat, & inſuper ſimul, atq; ſemel antecedentis cauſæ decubitus in coniunctam, quatenus per reuulſionem opus ſit, prohibeatur, non quæuis venarũ reſeratio ſatis ſit, ſed earũ duntaxat, in quibus tunc humor antecedentis cauſæ rõnem habens propriè continetur, & vnde exundans ille cauſam coniunctã fouet. Continetur autẽ, vt dictum eſt, in venis maioribus, quod in his potior humorũ maſſa collocetur, & ab his ſimiliter in cauſam coniunctã illabatur

decum-

decumbatq; : vna igitur maiorũ venarum illarũ exẽpli gratia, quę ad vtrũq; cubitũ ſunt, reſeratione, optatæ vacuationi ſatisfit. Sed poſt hęc, quandocunq; humor, qui antecedens morbi cauſa eſt, excrementitius, & inutilis, iãq; ab vtili, & bono ſecretus, iudicatus ſit, vt perinde ſolũ virtutis expellentis impetum ad ſui vacationem expectet, ſi ſecundam regionem corporis occupet (de prima enim regione alia ratio eſt) vtroq; ingenio, hoc eſt, phlebothomia, & pharmacia, foras educi poſſe videtur; Educitur inquam phlebothomia, per quã apertis venis, ꝙ continebatur, indifferenter exit; Inſuper & pharmacia educitur, medicamẽtis ſcilicet, quibus ad pellendũ naturalis facultas irritatur, immo vel his potiſſimum, cum tunc ſolus humor peccans iam ab vtili humore ſecretus, delectu demoliendus ſit, delectuſq; ad naturam ſpectet, quæ vtili retento, inutile ſolum expellit. Verum, ne ſemper vtroq; ingenio vti operepręcium ſit, dubitandi anſam tollit ipſa artificioſi operis indicatio, cum tolerantia, quandoquidem vtrũque interdum indicetur, ac toleretur, & eorũ ſæpiſſimè alterum tantũmodo opportunum videatur: Vtique ſemper utrumq; rationabiliter indicatur, ex pręſenti peccãti humore antecedẽti ſecundam regionem occupanti, cui ſemper omnis poſſibilis conuenit euacuatio; uerumtamen minimè ſemper utrũq; ad hanc aſſequendã toleratur ingenium, & profectò ob frequentem utilis humoris

ino-

inopiam, ob quam neceſſariò vires minori iam pridem ſpirituum copia ſuffultæ cum fuerint, vltrò, per phlebothomiam, vtpotè generoſam uacuationem, debiliores euaderét, quoniam fortaſsè ob unicum reficientis vtilis ſucci defectum; inutilis autem opprimentis copioſam multitudinem, illæ in poſterum nec ſuſtineri, nec in priſtinum redigi poſſent, quare phlebothomia tunc minimè toleratur, ſed idoneum magis pharmacú eſt, quod dum ex ſe peccantem duntaxat humorem euacuat, minus ſemper ſpiritibus officiens, minus etiam vires ipſas infringat, & nihilominus licet illas quadantenus cecidiſſe contingat, facilè tamen ex utili ſucco relicto, ſuo ueluti pabulo, inſtaurentur. Verum poſito utilem humorem abundare, vireſque inde ualidas exiſtere, quod illius reliquum, poſt phlebothomiam, reparandis, ſuſtinendiſque eis aptè ſufficiat, omninò tunc magis, minusvè, pro maiori, aut minori utilis ſucci copia, phlebothomia ipſa, unà cum pharmaco, tolerabilis eſt. Quamquam tunc de vtriuſuis operis ordine quis dubitaret, attamen ex his meritò illud ſemper eſt præferendú, quod faciliorem alteri, commodioremq; aditum parat; phlebothomia autem tunc ad pharmaciam veluti quædam præparatio eſt; quod phlebothomia citò, ac tutò copiam minuat, ut deonerata inde natura pharmaciæ melius faueat; tum quia ex multitudine, arctiores viarum ductus euadant, laxiores autem, ea ſublata; tum quia minori, facilio-

xiique labore tunc pellatur quod reliquũ eſt, quàm quod multum antea fuerat congeſtum; a phlebothomia ergo tunc iure exordiendum eſt, & certè magis, ſi qui peccat humor, cauſæque antecedentis rationem habet, in uenis, vnà cum utili humore concluſus, furore quaſi concitatus, præcipitem ſe fore oſtendat, tunc quippè fugatis omnibus medicamentis agitationem augentibus, & motum, ut malũ deterius euitetur, nempè decubitus maior in cauſam coniunctam, quamprimum, ſi per uires liceat, ab ipſa phlebothomia inchoanda euacuatio eſt, cum per illam valdè facilè furor iam uigens compeſcatur. Et porrò hic ordo ſeruandus eſt, ſi euacuandus humor ſecunda regione ſolum contineatur, quoniam ſi ſimul etiam in prima ille redundet, ut inſimul quoque ex ea ille uacuandus videatur, profectò niſi furor iam dictus ſummopere vrgeat, ut idcirco incommodũ ægrotanti aliquod impendat (decubitus nempè maior antecedentis cauſæ in coniunctam) prima regio ipſa tunc præ ſecunda pharmaco uacuabitur, ne ſcilicet graui diſpendio, regio ſecũda per phlebothomiã exinanita, fęda illuuie è primis ſedibus rapta, ultrò repleatur. Cæterum, ut dum phlebothomia requiritur, nõ niſi ea (ut quod quęrimus aſſequamur) certis ex venis, & ſummo iudicio pręſcribenda eſt, ita ſanè ſi pharmacia deſideretur, ea omninò talis inſtituenda eſt, quę ſic ſedi humorum uacuandorum congruat, ut illuc ſuis pertingens uiribus,

bus, & inibi expellentem facultatem irritans, inde per proprios ductus eoſdem humores ſufficienter deturbet, & pellat. Duas quidem diximus eſſe communes corporis regiones, quibus humor antecedens morbi cauſa, tanquam in ſede, reſidet, & unde per pharmacum ille deturbandus eſt: Et ex his primam, quæ propriè per uomitum, & ſeceſſum, generosè purgatur: deinde ſecūdam, quæ licet primæ ualdè conſentiens, iiſdem omnimodis, quibus illa purgatur, abundè, & copioſè onus ſuum deponat, propriè tamen per ureteras, necnon & per uniuerſi habitus poros, ab omni ſorde mundificatur. Verum enimuerò, pharmacum quo per uias haſce illud quod peccat nos expurgare tentamus, duplex eſt; alterum uidelicet, quod ideo purgat, quia uim expellentem ad uacuandum irritat; & alterum, quod interea ſolum humores ita diſponit, ut inſimul ad ipſos eijciendos naturam inuitet. Primum utique ea potiſſimum ratione per ſeceſſum, aut uomitum, ſuum opus exercet, quia illud inimica qualitate quapiā, & naturæ moleſta, præditum cum ſit, quotieſcunque uel aſſumptum, uel iniectum, uel aliquando etiam extrinſecus adhibitum, noſtroque tandem receptum corpori, eouſque detineatur, quouſque naturalis indi caloris ope teratur, aliave quauis ratione exagitetur, ut illinc neceſſariò tenuior eius portio, uel ſaltem uapor, erumpat, qui eadem met qualitate præditus cum fuerit, & per cæcos, occul-

tosque

rosque ductus, quoquo uerſum effuſus, palàm ſuas in nos uires exerceat, utputa, ſi in ſtomacho, uel inteſtinis, ipſo quaſi regionis primæ veſtibulo, recipiatur, iam, ſucceſſione quadam, per partem poſt partem, ei conſentientem, facultatem expellentem longè, latèque irritet, & quaſi ſopitam excitet, in ſimulque humorem iamdiu pręter modum congeſtum, veluti quieſcentem, ita commoueat, ut tandem unà cum pharmaco ſumpto, veluti noxium quid, à ſe deponat, foraſque, cõuenientibus patentibus uijs, eijciat. Et quidem regio quæ prima eſt, hac inprimis ratione, purgatur; quoniam de ſecunda non facilè conſtat apud omnes, quando ea quamquam proprios habet ad euacuandum ductus, ut dictum eſt, vreteres nempè, & vniuerſæ cutis poros, per quos illa commodè onus ſuum deponit, attamen præterea quatenus primæ regioni ualdè conſentit, eatenus ſucceſſiuè per illam, & denique per ſeceſſum, ac uomitum, generosè purgatur, adeo quod vijs hiſce iam licet decretis, dubium tamen oriatur, per quas ex illis purgatio tentanda ſit. Sed ſi purgandi occaſionem ante omnia propoſuerimus, ſi inquam cauſam antecedentem, ante coniunctam, ad abolendũ mali augmentum, generosè euacuandã eſſe, ſimulatq; illius euitandũ omnem fore decubitum in cõiunctam, ſuppoſuerimus, apertè conſtabit etiam regionem ſecundam, qua antecedens tunc cauſa reſidet, ipſo pharmaco irritanti, per ſeceſſum, non

autem alijs medicamentis inuitantibus per ureteras, aut vniuerſæ cutis poros, tuta uacuatione, eſſe tentandam. Siquidem medicamenta omnia, præter ſoluens, irritansvè pharmacum, quæ ſecundo loco poſuimus, ea ratione ut plurimum, per enarratas vias, ſecundam regionem euacuant, qua illa, integris uiribus, ad ipſos uſque humores permeantia, vel attenuanti, detergentique qualitate, valenter prædita cum ſint, tum craſſos illos, eo loci contentos, potenter attenuant, coliquantque, tum uiſcidos, ac infarctos omniquaque abſtergunt, & abluunt, vt conſequenter uijs corporis omnibus, à ſummis in intimas partes vſque, apertis, per eas quantumuis reconditas, ijdem humores, ita diſpoſiti, fluere apti ſint, ut foras, virtutis ſcernentis beneficio, ſenſim, tractuque temporis longo, erumpere ualeant. Quare ſi demoliendæ antecedentis cauſæ occaſione, hæc illa medicamenta pararentur, non unum ſine dubio ſequeretur inconueniens, quippè quod tunc humores antecedentis cauſæ rationem habentes, ſua adhuc vrgentes copia, intempeſtiua fortaſsè extenuatione, coliquationeque, & ex uaſis ipſis communibus, quibus quodammodo ſegregati continebantur, exturbatione, perperam confunderentur, atque huc, illucvè delati, per uias anguſtiores in corporis habitū deducerētur, altius figerentur, nec ex quo ductus corporis omnes uacuationi illorū per id tēporis inſeruiētes ſunt impediti, facilè diſſipa-

diſſiparentur, ſed ſe potius difficiliores euacuationi redderēt, magno futuro ſemper ægrotantis detrimento. Inſuper quia iam morbus eſt in uia, & cauſa antecedens ad coniunctam proficiſcitur, & potiſſimum, ſi ita per euidentem fluxionem ſe habeat, ideo tunc ſuſpicandum, ne ipſamet antecedens cauſa, eorumdem medicamentorum attenuantium, aperientiumque, vi, iactata, & concitata, in coniunctam copioſius cōfluat, & morbum deteriorem, difficilioremque reddat, quādo id facilius euenturum videatur, quàm quod deſiderata, per proprios anguſtos ductus, illius generoſa ſuccedat euacuatio. Atqui pharmacum quod per ſeceſſum expellētem irritat uim, nihil uſquam tale effecturum perſuadebimur, per ipſum quandoquidem non irrita, ſed fęlix, citraque noxam ſuccedat per ſeceſſum euacuatio, quod apertis, conſpicuiſq; ductibus, generoſior, breui tempore, ac unquam, illa ſequatur; quoniam illud, uirtute qua pollet, per partem poſt partem (ut explicatum eſt) ſucceſſione quadam, in omne corpus quoquo verſum agēs, proximam quidem partem irritat, dein verò conſentientem illi, & pro indito ad agendum robore, vſque ad illam, quæ humoris noxij antecedentis cauſæ rationem habentis ſedes eſt, etiam ſi in minoribus reconditis venis contineretur, eadem facultate perueniat, ita ut ab his neceſſariò, humor, quiſquis fuerit, in maiores, è quibus demum per iecur in inteſtina, patenti via, facilè,

ac tutò, deuoluatur. Quare nec tunc altius humor figitur, nec difficilior fit, quinimmo in uiolento expulſionis irritamento, ex cæcis, occultiſque ductibus, ab extremo quoque corporis, quod redundat perducit in ventrem, quod nuſquam, vijs alijs, alijſque medicamentis, promptius euenire citra noxam poſſe, credi par eſt. Quamquam tamen certum eſt, humoribus antecedentis cauſæ rationem habentibus, ſuo quodam feruore, & impetu, in motum exiſtentibus, & huc, illucvè quodammodo agitatis, à pharmaco etiam abſtinendum, quod illud eos uehementius agitans, & commouens, non ſolum cauſæ coniunctæ augmento, per nouam fluxionem, faueat, ſed dum adhuc nondum viæ ſufficienter apertæ ſunt, periculoſam parti cuipiam principi ruinam importet. Siquidem licet commotus humor commodius foras erumpat, impetus attamen commotionis nimius, regularem eius impedit eruptionem, ut perinde commotio ſedanda prius, aut phlebothomia, aut alio ingenio, videatur, nec pharmaco ulterius irritanda. In quieſcenti autem humore, nihil tale ſuſpicandum eſt.

PRÆ-

PRÆTEREA, QVA QVANTITATE artificioſa eadem antecedentis cauſæ euacuatio ſit metienda, expenditur.

CAP. VII.

ATQVE cum de humorum cauſæ antecedẽtis rationẽ habentium uacuationis ſpecie ita decernendum uideatur, æquum modo eſt, ut quid de quantitate eiuſdem ſtatuendum ſit, deliberemus. Euacuatio quandoquidem apertis inditijs quamuis indicata, nullatenus tamen indefinitè celebranda eſt, ſed quanta ſolum illa ſat fuerit, & citra inſignem noxam tolerari, ac ſuſtineri poſſit; quippè ut continuò ſua præſentia morbus uires conuellit, ita etiam uacuatio ſi perperam morbo pellendo adminiſtretur, non parum roboris adimit, ne propterea iam afflictum grauius affligatur, ea lege ſemper celebratura euacuatio metienda eſt, qua quidem redundans dematur humor, uiribus attamen quã fieri poteſt minimũ oblęſis. Lex itaq; hæc, ex redundantis humoris quãtitate, & ſuſtinentis virtutis tolerãtia, meritò deſumenda eſt, quoniam ut ob redundantiã euacuatio deſideratur, ita pro virium robore illa tantummodo ſuſtinetur. Ergo euacuationẽ neceſſariò magnã, aut paruam fore oportere, pro uacuandi humoris

copia, & uirium ipſarum conſenſu,præmittamus; ab euacuationeque per phlebothomiam ſumpto principio, quanta, & quouſque ea utilis, & proficua, futura ſit, deinceps expendamus. Sanè euacuatio quæ per phlebothomiam, per initia morbi celebratur, antecedentem cauſam morbi, humorem nempè in venis reſidentem, ſuaque quantitate peccantem, etſi violenter, appoſitè tamen vacuat. Quantus autem exundans humor ſit, qui inde ſui euacuationem indicat, cum ſenſibus non conſtet, mente ſaltem ex proprijs cauſis, & effectis, euidenter ſatis conijcitur; ex cauſis puta iam pridem cognitis, unde ſiue per ſe, ſiue per accidẽs, humor ipſe, uel multus, vel paucus, ducit originẽ; ex effectis uerò proprijs, ab ipſomet humore, magis, aut minus, redundanti, manantibus, obſeruatis, quemadmodum nos aliàs, cum de cauſarum morbificarum notitia loquebamur, ſatis abundè explicabamus. Sed quamuis humoris multitudo largam, & copioſam, mediocritas, mediocrem phlebothomiam autumet, paucitas verò nõ item, huic attamen magnitudini, uel paucitati, uirium tolerantia modum imponit; ne ipſi igitur peccantis humoris copiæ æquã uires toleraturæ ſint phlebothomiam, ex earumdemmet uirium perpenſo robore colligi poteſt, atqui cum pridem ipſo morbi principio cauſa antecedens depopuletur, ut quæ poſtmodum coniuncta cauſa eſt, facilius diſſipari poſſit, perindeque non præſentes ſolum uires depopula-

populatione exerceantur, verum futuræ etiã multifariam operibus varijs intercipiantur, profectò non tantum robur præſens, ad tolerantiam, metiendum, ſed & futurum neceſſariò prænoſcendum eſt. Vires quandoquidem poſt phlebothomiam ita ſeruari par uideatur, ut & alia adhibenda remedia ferre, & morbi longitudini, a quę iudicationi ſuſtinendæ, ſatis eſſe ualeant; ut inquam licet dum nos per phlebothomiam profligando malo rectè inſtitutam, in maioris commodi ſpem adducamur, intereaque uiribus tantiſper velimus nolimus officere uideamur, attamen dum præſentibus, atque futuris illis, ex æquo ipſa reſpondeat, leuiter admodum id eueniat, & breui ſpatio duret, quod paulò poſt natura, eo quod detractũ fuerat inſtaurato, priores uires facilè recuperet. Verum enimuerò quamquam ut humoris peccantis exundans copia, ob ſignorum demonſtrantium obſcuritatem, exquiſitè nequit intelligi, ita neque robur uirium, quo illius ſuſtinetur euacuatio, ob eorum quæ paſſim contingunt difficultatem, adamuſſim aſſequi poteſt, nihilominus cuius certã habere ſcientiam non licet, potior ſaltem, veriſimiliorque coniectura quærenda eſt. Atque, ut ſi de humoris peccantis copia quæſtio fuerit, non dubitandum quin, ſenſu deficiente, uia iam dicta vti, ex cauſis ſcilicet, & effectis, opus ſit. Ita ſi virium robur metiatur, vtique vel præſentium illud, vel futurarum earum eſt. Siquidem pręſentium, pro-

fectò qua ratione prçueſtigetur, abundè alliàs explicauimus. Quod ſi futurarum illud idem fuerit, tunc uires primum examinabuntur quatenus præſentes, ex ſeque conſeruationi propriæ incumbentes, ut longius deinceps ſint cõſeruaturæ, quia nempè opportunis operibus, boni pabuli, hoc eſt ſanguinis, abundantiæ fauerint, uel adhuc fauere aptę natę ſint, ut eius demum beneficio, requiſitæ inſtaurationi illæ potenter uacaturæ ſint: pabulo enim iuſtaurationi debito, bono uidelicet ſanguine, ad conſeruationem deſiderato, abundanti, conſeruatio ipſa longius perſeuerat. Sed boni ſanguinis præſentem copiam, ex qua dein futura conijciatur, cùm ſenſus non ſentiat, mens ſaltem deducet ex cauſis, ex his ſcilicet, quæ ad uictum, pro corporis habilitate, requiruntur; necnon & ex effectis, ex his inquam, quæ habitum corporis eucraticon, bellèque nutritum exprimunt, de quibus iam aliàs ſcripſimus. Secundò vires æſtimabuntur, quatenus à præter naturam, & rationem contingentibus, undè tunc afficiuntur, in poſterum labefactaturæ ſint; non enim hæc ſuo ſolum principio vires conculcant, ſed & augmento magis, ad ſtatum uſque, eas infringunt. Et porrò propria magnitudine, ac prauitate, ut certum eſt, quæ quidem ut ex multis habet originem, ita ex multis etiam (quando ſenſus lateat) mente concipitur, quemadmodum iam qua arte concipienda, ubi de horum pernitie inter præſagiendum

loque-

loquebamur, diſtinctè docuimus. Sed ex magnitudine, & prauitate præſenti, & quanta, & quàm ſeua, hęc ipſa pręter naturam in futurum ſint euaſura, diuturnitas inprimis eorum, deinde & mos, palàm indicabit; ſiquidem longius illis perdurātibus, diutius uires labefactantur; atqui poſtea more ſuo ſeuius perpetuò affligentibus, ualentius uires infringuntur; quare, ſi quando ea deinceps deteriora ſint futura, uериſimile eſt uires in poſterum debiliores euaſuras, & contra, ualidiores. Omnibus his ergò ita examinatis, & vtrinque ualiditatis, & inualiditatis virium, teſtibus in unum collectis, & inuicem diligenter, non numero tantum, ſed & præſtantia, comparatis, conſequenter quod quæritur, hoc eſt, quantum ſucci peccantis per phlebothomiam utiliter vacuandum ſit, ne in pernitioſam debilitatem, citra conceſſam inſtaurationem, vires tandem adductæ concidant, apparebit. Etenim, ut dicebamus, tum humoris copiæ, tum uirium robore, certus huius uacuationis gradus accommodari poſſet; aut enim illa integra proponitur, & perfectè abſoluta, quæ omninò omnem antecedentem morbi cauſam ipſis collectam venis adimat; aut non integra, neque perfecta, ſed utilis ſolum ſtatuitur, quæ certè mediocris cum fuerit, plurimam talem morbi materiam tollat, nó autem omnem; aut demũ eouſque exigua, deficienſque decernitur, quæ tantummodo parũ, uel etiam minimũ auferat redundantiæ.

Verum-

Verumtamen ex his, quæ puta perfecta, & abſoluta quodámodo euacuatio eſt, ipſis viribus præſentibus, & in poſterum ſeruandis nunquã congruit, quoniam cum humor antecedens mali cauſa, ita forſan bono miſceatur ſanguini, vt aperta vena ſic moderari opus nequeat, ut ſolum redundans, vel contaminatus foras erumpat, ſed omnes, qui in venis côditi humores ſunt, æquabiliter effluere ueriſſimum ſit, meritò ne per ſumm ĩ, perfectamq; phlebothomiam imperatam, quæ omnem quaſi ſucci peccantis copiam eſſet demolitura, ſimul atque ſemel nimia boni ſanguinis quantitas educatur, vnde poſt hac, deficienti virium pabulo, vires ipſę omninò deficiant, vel intempeſtiuè, & alieno tempore, nos ægrum nutrire cogamur, hoc vno prudenti conſilio operandum, nempè uena ſecta, ab exquiſita vacuatione abſtinendum. Cæterum, ut ob virium præſentium, & futurarum tutelam, exquiſita hæc euacuatio pernitioſa eſt, ita, ob earumdem leuamen, uacuatio exigua inutilis eſt, & vana; quando igitur manca, diminutaq; illa proponatur, prorſus prætermittenda eſt, quoniam commodi nihil, incommodi uerò, atque perturbationis plurimum neceſſariò infert. Reſtat mediocris, quæ ferè ſemper utilis, & laudabilis eſt, quæ non indiuiſibili, ſed in certa latitudine conſiſtit, adeo quòd modo peccantis humoris vacuãdi cauſa, modo uirium, tam præſentium, quàm futurarum ſeruandarum, occaſione, ea, tum maior, tum

minor,

minor, vtiliter celebratur. Siquidem vires, & præſentes, & futuræ, ualentes, conſtanteſque fuerint, fidenter tunc largior, pro humoris pellendi copia, conuenit euacuatio, minus ualidis, parcior, proſtratis, nulla penitus. At, ſi humor tunc tantus ſit, cui ſupra vires longè maior congruat euacuatio, vtique vel paulò largior illa permittitur, quod non verendū conſtantes vires aliquantiſper imminuere, dum morbi ſentina valenter exhauriatur, eæ quippè deinceps quàm facilè, nullaque mora, recreentur. Vel ſaltem, cum tanta ſemel, & vniuerſim neutiquam admittatur, vt quam vires minimè tolerent, ſaluberrimum conſilium eſt, quod vitioſè ſe habet, partitè euacuare, vt viribus interim recreatis, atque refectis, reliquum euacuationis abſoluatur. Idque in diuturnis præſertim morbis, præſtandū eſt, in quibus vel præſens cauſa antecedens multa ſit, vel in poſterum eadem, quamuis ex præmiſſa diligēti vacuatione iam diminuta credatur, ob uirium tamen multiplex impedimentum, etiam ex victus regimine optimo imperato, augeatur vltrò, & creſcat: in his enim vtiliſſimum, & tutiſſimum eſt, non ſimul, & ſemel tantum (hoc enim præcipiti morbo conuenit, in quo cunctatio ſemper anceps, & periculoſa eſt, meritoq; extrema, & ſumma vacuatio ſtatim deſideratur) ſed partitè, & diebus interpoſitis, ſæpius, ferentibus attamen viribus, phlebothomiam celebrare. Quod ſi adhuc fortaſsè vires, ob debi-

litatem

litatem nimiam, ſimilem euacuationē ferr
lo modo poſſint, utique ne nos morbum d
cupiētes, cum eo, iugulatis viribus, ægrum d
dio tollamus, tunc in roborandis illis, confi
disque, omne ſtudiū collocabimus; quipp
terea ipſas recreari, ac refici contingat, iam i
adhibebitur phlebothomia. Sed quoties ui
gueant, quæſtione dignum eſt, non quid c
ſione, uel reſolutione langueāt, in omni qu
cuatione maximi referat eas diſſipatas ab c
ſis internoſcere, quoniam oppreſſæ, vt puta
preſſæ, per euacuationem ſubleuari deſid
eandem ideo facilius ſufferunt. Diſſipatæ
ne ulterius diſſoluantur, & concidant eua
nem minus ſufferunt, etſi ubi eædem ex lo
preſſione detentæ tales conſequenter euaſe
maiorem diſſolutionis occaſionem abole
valentius uacuationem admittant. Sed o
ipſas vires à diſſolutis agnoſcere, alibi ſatis
ſtratum eſt. Et de phlebothomiæ quan
ſit, quam tandem ſi quis neque artis cog
neque longo rerum vſu, neque prudenti,
que mentis iudicio, ſe poſſe definire cred
potius infra ſubſiſtat, quàm largius uac
enim ad omnem morbi decurſum, & tc
rationis neceſſitatem, uires commod
buntur.

Sed iam de quātitate alterius euacuati
uerſalis, qua antecedens cauſa morbi p
demc

demolitur, quæ inquam per pharmacum celebratur, ſermo erit. Ex quo etenim pharmacum ita naturæ fauore indigeat, ut citra hunc, munus ſuũ rectè obire nullo modo poſſit; quippè præter certam quam ſummoperè expetit uirium tolerãtiam, inſuper & naturam ipſi irritanti cooperare neceſſarium ſit; ne illud ergo inter agendum naturam ſuperet, aut ſuperetur ab ea, meritò certam illius agnouiſſe menſuram operæ pretium eſt. Quare, poſito euacuationem per pharmacum eſſe tentandam, ut dicebamus, vtique primum, quonam vſque, ſeu quantum ſit euacuandum, nobis præmeditandum eſt, ne ſi ultrò quam par ſit, id operis proſequatur, ſpiritus diſſipentur, & maximo ægri damno, humidum ſubſtantificum colliquetur, ſubindeque conuellatur corpus, & in graues æger incidat cruciatus, vel ſi infra conſiſtat, parum aut nihil illius, quod cupimus, conſequamur, agitemus quidem humorem, ſed non educamus, proptereaque etiam ægrum in non leues moleſtias inducamus; ſanè eouſque uacuandum eſt, quouſque peccans humor, qui antecedens cauſa eſt, fuerit ſufficienter expurgatus, dum nihil tamen, ſeu parum, inde nocumenti viribus impendat. Atqui, ſufficiens expurgatio, velut in uacuationibus cæteris, ex præcognita peccantis humoris uacuandi copia, primum innoteſcit, quando ille ſi multus, largam, & copioſam uacuationem exoptet, ſin autem

paucus,

paucus, nullam, aut ſaltem breuem, velu
diocris exiſtat, mediocrem, uel mediam t
modo expetat, & quamquam ipſa humori
copia ſciri adamuſſim non poteſt, vt inde
illi euacuatio imperetur; ea tamen conie
alibi expreſſis inditijs facilè inueſtigatur, c
ſuperq; dirigit ad veritatem, & ſi ſemper, v
tutius, melius infra ſubſiſtere cenſeatur, q
quiſitè euacuare; cum præſertim in cauſa
denti, vt plurimum, ſat ſit exuberantian
auferre, quippè ſi aliquid illius relinquatu
inceps commodè à natura ſuperetur, & n
iunctam cauſam mali vltrò decumbat, co
etiam cohibeatur. Verum enimuerò ſec
co, an requiſita hæc vacuationis quantitas
ri poſſit à uiribus, neceſſariò etiam obſer
eſt, poſteaquã hoc ipſum euacuationis op
naturæ inprimis ope abſoluitur, nec appo
tutò, citra uirium euidentem tolerantiã, p
macum aggredi, & proſequi poteſt. Vt i
bellè ſuccedat, hæc illa tolerantia accurat
nabitur; tum ijs potiſſimum notis, quib
loco dictum eſt, vniuerſim robur uiriun
ſeit, tum præſertim quibus ventriculi, &
norum, cum reliquis uacuationi inſeru
vaſis, inditũ robur exprimitur. Exprimi
ex extrinſecus obſeruatis effectis, qui par
rumdem omnium opera conſequuntur, c
ſi uires ubique ualentes, & firmæ extiteri

ut generoſam uacuationem illæ ſuſtinere aptę natæ ſunt, ita quoties opus ſit, illam exactè tentare licebit; contra, ſi imbecillæ, & languidæ eædem fuerint, aliàs omninò procedendum eſt. Etſi cum imbecillitas hęc, uel ex diſſolutione, uel ex oppreſſione contingat, ut perinde ab utrouis illa ducat originem, ipſo operis exordio, prænoſcendum ſit; quippè ſi ex diſſolutione fiat, minor omninò illius tolerantia ſit, quàm ſi ex oppreſſione fuerit: ne ergo perperam inter uacuandum labefactentur uires, quibus ſemper, non tam præſentibus, quàm etiam futuris, ita accuratè proſpicere eſt opus, ut aduerſus malum, pro ſanitate, ad extremum uſque, dimicaturæ vigeant, neceſſariò attendendú, ut illis vbiq; humorum uacuandorum copiæ comparatis, uacuationis opus deſideratum æquè utriſque reſpondeat. Sed quoniam pharmacum idipſum inſtrumentum eſt, quo nos præſentem peccantis humoris demolitionem aſſequi tentamus, hinc meritò fit, ut non quodcunq; ſat ſit, ſed quod tantummodo iuſtis tum uiribus, tum quantitate, & corpori, & humori purgando accommodatur. Quoduis enim pharmacum licet peccantem humorem omnem indifferenter pellere aptum ſua natura ſit, ex quo, ut dicebamus, pellentem facultatem, ſine diſcrimine, ad euacuandum quod inutile, excitet, & impellat; ex uaria attamen, tum ægrotantis, tum humoris conditione, & diſpoſitione, fit, ut non omne pharmacum, quacunque

ui præ-

vi præditum, quantitatevè adhibitum, oper
derato ſatisfaciat. Etenim, vel his occaſio
non ſemper pharmaco, & quantitate, & ui
pari, in omnibus, menſura eadem, peccan
moris euacuatio celebratur, ſed in alio ſæpè
ratè, in alio parcè, & fusè magis quàm res i
petat in alio obſeruatur; quam ob rem pra
ris ipſa ægri corporis erga pharmacum ob
tia prænoſcenda eſt, demùm humoris d
tio examinanda, à duobus quoniam his,
vel difficilis uacuatio æſtimetur. In ægro
corpore, duo ſunt præcipua, quibus illud
minusvè uacuationi redditur obtemperan
pè ſenſus, & ductuum commoditas; namq
ſus exquiſitior, ualentius, vehementiusq
camentis irritatur, & promptius ideo uac
fauet. Segnius contra, debiliusque, & in
ctius, ſi obtuſior, & hebetior. Inſuper
eptioribus ſe habentibus, neceſſariò etiam
fectius ſuccedit opus, perfectius uerò illis
bus exiſtentibus. Verum enimuerò, ægri c
uacuandi ſenſus, ex conſtitutione, ex ha
ex conſuetudine demonſtratur. Porrò cali
ſtitutio quia actioni ualdè faueat, ideo ve
ſemper ſenſus efficit, quàm frigida. Atq
tus tenuior, rarior, & qui uel natura, ve
ratione delicatior factus eſt, ut ad agendi
ptior, ita ad ſentiendum paratior eſt, non i
craſſior, denſior, & quomodolibet durio

Ta

Tandem crebris purgationibus aſſueti, pharmaco minus laceſſuntur, minusque ita ab eo purgantur, inſueti autem magis: conſuetudo enim familiaritatem, & familiaritas amicitiam parit, hæc autem pharmaci irritamentum ſentit minus, unde quæ longo tempore conſueta, etiamſi deteriora, minus tamen infeſtant, inſuetis, licet melioribus: Pharmacum itaque, ſi inſuetum, cum adhuc horridum nobis ſua natura ſit, ut ſæpè vel ipſius recordatio nos turbet, & ad vacuandum ſtimulet, plurimum ſemper euacuationi fauet, parum autem ſi conſuetum, & familiare corpori ægrotanti fuerit. Cæterum, quod ad eiuſdem corporis uacuandi uias ſpectat, nulli dubium, quod illarum aptitudo, uel inepties, tum per ſe, ex habitu eius, tum per accidens ex externi cuiuſuis contingentia, & præſertim ex ambientis conſtitutione, colligi ſolet; namque firmum, denſumque corpus ſi ſit, cuius viſcera, venæ, viæque omnes, ſua natura anguſtæ, obſtruuntur facilè, coarctanturvè, non ita prompta ex eo euacuatio expectatur, ut contra ex molli, raro, & laxo, quale delicatorum hominum eſt; quod cum ex omni parte pateat, ex eo ideo concitati humores promptè elabuntur. Ex externis autem, præ cæteris aer pollet, qui ideo ex regione, anni tempore, vel tempeſtate, an uacuationi faueat, indicatur. Hæc etenim, ſi caliditatem, humiditatemque ſapiant, & ſpirent, omninò ſemper laxant, aperiunt, &

R lubricas

fectò qua ratione prçueſtigetur, abundè aliàs
plicauimus. Quod ſi futurarum illud idem
rit, tunc uires primum examinabuntur quat
præſentes, ex ſeque conſeruationi propriæ inc
bentes, ut longius deinceps ſint cõſeruaturæ,
nempè opportunis operibus, boni pabuli, h
ſanguinis, abundantiæ fauerint, uel adhuc ſi
aptę natę ſint, ut eius demum beneficio, requ
inſtaurationi illæ potenter uacaturæ ſint:
lo enim iuſtaurationi debito, bono uidélice
guine, ad conſeruationem deſiderato, abun
ti, conſeruatio ipſa longius perſeuerat. Sed
ſanguinis præſentem copiam, ex qua dein
conijciatur, cum ſenſus non ſentiat, mens
deducet ex cauſis, ex his ſcilicet, quæ ad ui
pro corporis habilitate, requiruntur; nec
ex effectis, ex his inquam, quæ habitum e
eucraticon, bellèque nutritum exprimunt,
bus iam alias ſcripſimus. Secundò vires a
buntur, quatenus à præter naturam, & ra
contingentibus, undè tunc afficiuntur, ir
rum labefactaturæ ſint: non enim hæc ſu
principio vires conculcant, ſed & augme
gis, ad ſtatum uſque, eas infringunt. E
propria magnitudine, ac prauitate, ut cer
quæ quidem ut ex multis habet origine
multis etiam (quando ſenſus lateat) me
cipitur, quemadmodum iam qua arte co
da, ubi de horum pernitie inter præſag

loquebamur, diſtinctè docuimus. Sed ex magnitudine, & prauitate, præſenti, & quanta, & quàm ſeua, hęc ipſa prętet naturam in futurum ſint euaſura, diuturnitas inprimis eorum, deinde & mos, palàm indicabit; ſiquidem longius illis perdurātibus, diutius uires labefactantur; atqui poſteà more ſuo ſeuius perpetuò affligentibus, ualentius uires infringuntur; quare, ſi quando ea deinceps deteriora ſint futura, uerisſimile eſt uires in poſterum debiliores euaſuras, & contra, ualidiores. Omnibus his ergò ita examinatis, & vtrinque ualiditatis, & inualiditatis virium, teſtibus in unum collectis, & inuicem diligenter, non numero tantum, ſed & præſtantia, comparatis, conſequenter quod quæritur, hoc eſt, quantum ſucci peccantis per phlebothomiam utiliter vacuandum ſit, ne in pernitioſam debilitatem, citra conceſſam inſtaurationem, vires tandem adductæ concidant, apparebit. Etenim, ut dicebamus, tum humoris copiæ, tum uirium robori, certus huius uacuationis gradus accommodari poſſet; aut enim illa integra proponitur, & perfectè abſoluta, quæ omninò omnem antecedentem morbi cauſam ipſis collectam venis adimat; aut non integra, neque perfecta, ſed utilis ſolum ſtatuitur, quæ certè mediocris cum fuerit, plurimam talem morbi materiam tollat, nō autem omnem; aut demū eouſque exigua, deficiensque decernitur, quæ tantūmmodo parū, uel etiam minimū auferat redundantiæ.

Verum-

minor, vtiliter celebratur. Siquidem vires, & præſentes, & futuræ, ualentes, conſtanteſque fuerint, fidenter tunc largior, pro humoris pellendi copia, conuenit euacuatio, minus ualidis, parcior, proſtratis, nulla penitus. At, ſi humor tunc tantus ſit, cui ſupra vires longè maior congruat euacuatio, vtique vel paulò largior illa permittitur, quod non verendũ conſtantes vires aliquantiſper imminuere, dum morbi ſentina valenter exhauriatur, eæ quippè deinceps quàm facilè, nullaque mora, recreentur. Vel ſaltem, cum tanta ſemel, & vniuerſim neutiquam admittatur, vt quam vires minimè tolerent, ſaluberrimum conſilium eſt, quod vitiosè ſe habet, partitè euacuare, vt viribus interim recreatis, atque refectis, reliquum euacuationis abſoluatur. Idque in diuturnis præſertim morbis, præſtandũ eſt, in quibus vel præſens cauſa antecedens multa ſit, vel in poſterum eadem, quamuis ex præmiſſa diligẽti vacuatione iam diminuta credatur, ob uirium tamen multiplex impedimentum, etiam ex victus regimine optimo imperato, augeatur vltrò, & creſcat: in his enim vtiliſſimum, & tutiſſimum eſt, non ſimul, & ſemel tantum (hoc enim præcipiti morbo conuenit, in quo cunctatio ſemper anceps, & periculoſa eſt, meritoq; extrema, & ſumma vacuatio ſtatim deſideratur) ſed partitè, & diebus interpoſitis, ſæpius, ferentibus attamen viribus, phlebothomiam celebrare. Quod ſi adhuc fortaſsè vires, ob debilitatem

litatem nimiam, ſimilem euacuationẽ ferre nullo modo poſſint, utique ne nos morbum demere cupiẽtes, cum eo, iugulatis viribus, ægrum de medio tollamus, tunc in roborandis illis, confirmandisque, omne ſtudiũ collocabimus; quippè ſi interea ipſas recreari, ac refici contingat, iam idonea adhibebitur phlebothomia. Sed quoties uires languent, quæſtione dignum eſt, non quid oppreſſione, uel reſolutione langueãt, in omni quia euacuatione maximi referat eas diſſipatas ab oppreſſis internoſcere, quoniam oppreſſæ, vt puta onere preſſæ, per euacuationem ſubleuari deſiderant, eandem ideo facilius ſufferunt. Diſſipatæ autem, ne ulterius diſſoluantur, & concidant euacuationem minus ſufferunt, etſi ubi eædem ex longa oppreſſione detentæ tales conſequenter euaſerint, ad maiorem diſſolutionis occaſionem abolendam, valentius uacuationem admittant. Sed oppreſſas ipſas vires à diſſolutis agnoſcere, alibi ſatis demonſtratum eſt. Et de phlebothomiæ quantitate ſat ſit, quam tandem ſi quis neque artis cognitionẽ, neque longo rerum vſu, neque prudenti, ſynceroque mentis iudicio, ſe poſſe definire crediderit, is potius infra ſubſiſtat, quàm largius uacuet: ita enim ad omnem morbi decurſum, & totius curationis neceſſitatem, uires commodè ſeruabuntur.

Sed iam de quãtitate alterius euacuationis uniuerſalis, qua antecedens cauſa morbi per initia demolitur,

demolitur, quæ inquam per pharmacum celebratur, ſermo erit. Ex quo etenim pharmacum ita naturæ fauore indigeat, ut citra hunc, munus ſuũ rectè obire nullo modo poſſit; quippè præter certam quam ſummoperè expetit uirium tolerãtiam, inſuper & naturam ipſi irritanti cooperare neceſſarium ſit; ne illud ergo inter agendum naturam ſuperet, aut ſuperetur ab ea, meritò certam illius agnouiſſe menſuram operæ pretium eſt. Quare, poſito euacuationem per pharmacum eſſe tentandam, ut dicebamus, vtique primum, quonam vſque, ſeu quantum ſit euacuandum, nobis præmeditandum eſt, ne ſi ultrò quam par ſit, id operis proſequatur, ſpiritus diſſipentur, & maximo ægri damno, humidum ſubſtantificum colliquetur, ſubindeque conuellatur corpus, & in graues æger incidat cruciatus, vel ſi infra conſiſtat, parum aut nihil illius, quod cupimus, conſequamur, agitemus quidem humorem, ſed non educamus, proptereaque etiam ægrum in non leues moleſtias inducamus; ſanè eouſque uacuandum eſt, quouſque peccans humor, qui antecedens cauſa eſt, fuerit ſufficienter expurgatus, dum nihil tamen, ſeu parum, inde nocumenti viribus impendat. Atqui, ſufficiens expurgatio, velut in uacuationibus cæteris, ex præcognita peccantis humoris uacuandi copia, primum innoteſcit, quando ille ſi multus, largam, & copioſam uacuationem exoptet, ſin autem

paucus,

paucus, nullam, aut ſaltem breuem, veluti ſi mediocris exiſtat, mediocrem, uel mediam tantummodo expetat, & quamquam ipſa humoris uitioſi copia ſciri adamuſſim non poteſt, vt inde ex æquo illi euacuatio imperetur; ea tamen coniectura ex alibi expreſſis inditijs facilè inueſtigatur, quæ ſatis ſuperq; dirigit ad veritatem, & ſi ſemper, vt agatur tutius, melius infra ſubſiſtere cenſeatur, quàm exquiſitè euacuare; cum præſertim in cauſa antecedenti, vtplurimum, ſat ſit exuberantiam ipſam auferre, quippè ſi aliquid illius relinquatur, id deinceps commodè à natura ſuperetur, & ne in coniunctam cauſam mali vltrò decumbat, commodè etiam cohibeatur. Verum enimuerò ſecundo loco, an requiſita hæc vacuationis quantitas ſuſtineri poſſit à uiribus, neceſſariò etiam obſeruandum eſt, poſteaquā hoc ipſum euacuationis opus, quod naturæ inprimis ope abſoluitur, nec appoſitè, nec tutò, citra uirium euidentem tolerantiā, per pharmacum aggredi, & proſequi poteſt. Vt igitur res bellè ſuccedat, hæc illa tolerantia accuratè examinabitur; tum ijs potiſſimum notis, quibus, ut ſuo loco dictum eſt, vniuerſim robur uirium innoteſcit, tum præſertim quibus ventriculi, & inteſtinorum, cum reliquis uacuationi inſeruientibus vaſis, inditū robur exprimitur. Exprimitur enim ex extrinſecus obſeruatis effectis, qui partium earumdem omnium opera conſequuntur, quoniam ſi uires ubique ualentes, & firmæ extiterint, planè

ut

ut generoſam uacuationem illæ ſuſtinere aptè natæ ſunt, ita quoties opus ſit, illam exactè tentare licebit; contra, ſi imbecillæ, & languidæ eædem fuerint, aliàs omninò procedendum eſt. Etſi cum imbecillitas hęc, uel ex diſſolutione, uel ex oppreſſione contingat, ut perinde ab utrouis illa ducat originem, ipſo operis exordio, prænoſcendum ſit; quippè ſi ex diſſolutione fiat, minor omninò illius tolerantia ſit, quàm ſi ex oppreſſione fuerit: ne ergo perperam inter uacuandum labefactentur uires, quibus ſemper, non tam præſentibus, quàm etiam futuris, ita accuratè proſpicere eſt opus, ut aduerſus malum, pro ſanitate, ad extremum uſque, dimicaturæ vigeant, neceſſariò attendendũ, ut illis vbiq; humorum uacuandorum copiæ comparatis, uacuationis opus deſideratum æquè utriſque reſpondeat. Sed quoniam pharmacum idipſum inſtrumentum eſt, quo nos præſentem peccantis humoris demolitionem aſſequi tentamus, hinc meritò fit, ut non quodcunq; ſat ſit, ſed quod tantummodo iuſtis tum uiribus, tum quantitate, & corpori, & humori purgando accommodatur. Quoduis enim pharmacum licet peccantem humorem omnem indifferenter pellere aptum ſua natura ſit, ex quo, ut dicebamus, pellentem facultatem, ſine diſcrimine, ad euacuandum quod inutile, excitet, & impellat; ex uaria attamen, tum ægrotantis, tum humoris conditione, & diſpoſitione, fit, ut non omne pharmacum, quacunque

ui præ-

vi præditum, quantitateve adhibitum, operi deſiderato ſatisfaciat. Etenim, vel his occaſionibus, non ſemper pharmaco, & quantitate, & uiribus, pari, in omnibus, menſura eadem, peccantis humoris euacuatio celebratur, ſed in alio ſæpè moderatè, in alio parcè, & fusè magis quàm res ipſa experat in alio obſeruatur; quam ob rem præ cæteris ipſa ægri corporis erga pharmacum obedientia prænoſcenda eſt, demum humoris diſpoſitio examinanda, à duobus quoniam his, facilis, vel difficilis uacuatio æſtimetur. In ægro autem corpore, duo ſunt præcipua, quibus illud magis, minusvè uacuationi redditur obtemperans, nempè ſenſus, & ductuum commoditas, namque ſenſus exquiſitior, ualentius, vehementiusq; medicamentis irritatur, & promptius ideo uacuationi fauet. Segnius contra, debiliusque, & imperfectius, ſi obtuſior, & hebetior. Inſuper uijs ineptioribus ſe habentibus, neceſſariò etiam imperfectius ſuccedit opus, perfectius uerò illis aptioribus exiſtentibus. Verum enimuerò, ægri corporis uacuandi ſenſus, ex conſtitutione, ex habitu, & ex conſuetudine demonſtratur. Porrò calida conſtitutio quia actioni ualdè faueat, ideo vegetiores ſemper ſenſus efficit, quàm frigida. Atqui habitus tenuior, rarior, & qui uel natura, vel uictus ratione delicatior factus eſt, ut ad agendū promptior, ita ad ſentiendum paratior eſt, non item qui craſſior, denſior, & quomodolibet durior euaſit.

Tandem

Tandem crebris purgationibus aſſueti, pharmaco minus laceſſuntur, minusque ita ab eo purgantur, inſueti autem magis: conſuetudo enim familiaritatem, & familiaritas amicitiam parit, hæc autem pharmaci irritamentum ſentit minus, unde quæ longo tempore conſueta, etiamſi deteriora, minus tamen infeſtant, inſuetis, licet melioribus. Pharmacum itaque, ſi inſuetum, cum adhuc horridum nobis ſua natura ſit, ut ſæpè vel ipſius recordatio nos turbet, & ad vacuandum ſtimulet, plurimum ſemper euacuationi fauet, parum autem ſi conſuetum, & familiare corpori ægrotanti fuerit. Cæterum, quod ad eiuſdem corporis uacuandi uias ſpectat, nulli dubium, quod illarum aptitudo, uel inepties, tum per ſe, ex habitu eius, tum per accidens ex externi cuiuſuis contingentia, & præſertim ex ambientis conſtitutione, colligi ſolet; namque firmum, denſumque corpus ſi ſit, cuius viſcera, venæ, viæque omnes, ſua natura anguſtæ, obſtruuntur facilè, coarctanturvè, non ita prompta ex eo euacuatio expectatur, ut contra ex molli, raro, & laxo, quale delicatorum hominum eſt; quod cum ex omni parte pateat, ex eo ideo concitati humores promptè elabuntur. Ex externis autem, præ cæteris aer pollet, qui ideo ex regione, anni tempore, vel tempeſtate, an uacuationi faueat, indicatur. Hæc etenim, ſi caliditatem, humiditatemque ſapiant, & ſpirent, omninò ſemper laxant, aperiunt, &

lubricas demum omnes reddunt uias, per quas fœlices ſuccedát uacuationes. At, ſi frigiditatem, ſiccitatemque afferant, neceſſariò corpus vniuerſum denſant, & aſtringunt, coguntq; adeo, quod eius arctatis vijs, difficilis admodum ex eo ſuccedat euacuatio. Sed poſt hæc humoris vacuandi conditio neceſſariò ſpectanda eſt, & ſanè primum ex illius conſiſtentia, quæ ſi craſſa, lenta, viſcidaq; ſit, omninò liberæ euacuationi aduerſatur. Sin verò tenuis fluidaq; fuerit, non parum fauere conſueuit; Præterea uerò ex eiuſdem humoris peccantis ſitu fauor ipſe deducitur, quoniá ille ſi altè reconditus, & inter corporis anfractus à vijs communibus longè diſtans collocetur, non ita pridem irritanti pharmaco cędit, quàm ſi aliàs ille, aut in vijs ipſis, aut propè has, reperiatur. Quam ob rē cum pharmacorum varij ſint gradus, puta quod alia pońtentiſſima ſint, alia contra imbecilla, & inter hæc ordine quodam alia mediocria ſint, meritò euenit, ut pro vacuationis difficultate, vel promptitudine, ex his congruum ſeligi debeat, quod ſcilicet quantitate commoda, ſui longo iam vſu cognita, & naturæ ægrotantis, ac humoris conditioni comparata, ſufficiēter, & appoſitè, antecedentem mali cauſam demoliri aptum ſit, quamquam ut cautè ſuccedant omnia, ob fallacem debitæ quantitatis pharmaci cōiecturam, tutius eſt ſemper infra ſubſiſtere, quam ſummum illius, quod fortaſsè requiritur, adminiſtrare, præſertim quod pharmacum,

exacta

exacta quantumuis inuentum diligentia, adhibitum, intra tamen iuſti operis terminos continere, in Medici poteſtate non ſit, quin puta interdum, pro ſui, humoris, aut corporis diſpoſitione, aliter omninò, quam ſit propoſitum, agat. Vtcunque tamen ſemper mediocritatis ratio ita accuratè habenda eſt, ut inde non inutilis, & noxia humorum purgandorum deturbatio ſolum, ſed prorſus vtilis, & commoda ſuccedat euacuatio, quæ ſine dubio cognitis, & exploratis omnibus dictis tutò eueniet.

DE OPPORTVNITATE NVNC agitur, qua artificioſa quæuis cauſæ antecedentis euacuatio ex arte præſcribenda eſt. CAP. VIII.

VERVM opportunè ſemper hæc proſequenda ſunt, opportunitas quandoquidem id vnum ſit, quod in recto, ac tuto administrando remedio negotiũ faceſſere conſueuerit. Vt opportunè ergo euacuatio ꝑ phlebothomiam (ab hac enim nobis inſchoandus eſt ſermo) celebretur, proprium, congruumque ſibi tempus determinandum eſt, quo illa ſuo non fruſtretur fine. Itaque tunc illa iure celebrabitur, cum eam humorum è uenis deturbandorum exundãs

copia indicabit, necnon etiam cum eandem uires præſentes, atque futuræ toleraturæ ſint, adeo quod tūc opportunè duntaxat deſiderata euacuatio per phlebothomiam fiat, cūm hæc duo præſertim in vnum aptè conſenſerint. Si quod autem mor bi tempus eſt, quo duo hęc in unum cōſpirent, ipſum maximè morbi principium eſt. Eo quādoquidem tum cauſa antecedens, ſua præſertim copia, vigeat, quoniam adhuc illius expulſum, diſſipatum vè, ni hil ſit, & quod maximè facit, euacuationi tunc per phlebothomiam, illa propriè accommodatur, quip pè ut plurimum tunc cruda ſint omnia, necdum innati coquentis caloris vi ſuperata, certisq; uaſo-rū ſedibus ſegregata, ſed potius bonis, ac utilibus ſuccis per vniuerſam venarum ſeriem mixta, & confuſa ſint, vt ob id aperta vena, ex ea promiſcuè exeat quod peccat. Tum ſimiliter vires, eo morbi tempore, firmæ ſint, & conſtantes, quia morbi ſeuitie nondum labefactatæ ſint, quod nondum ſæpius repetitum morbi impetum ſenſerint, perinde non admodum iis diſſimiles ſint, quæ pridem erant integra valetudine. Vnde licet ex euacuatione per id temporis, quodammodo labefactentur, attamen noxiorum humorum pondere deonoratæ, facillimè priorem ſtatum adipiſcuntur, quod per reliqua morbi tempora laceſſitæ, inſtaurationi propriæ difficilè incumbant; ſi quo igitur morbi tempore, ipſo maximè principio, atque, ſi morbus præceps fuerit, quantò citius, ho-

ta tamen, ſi fieri liceat, maioris quietis, qua ſcilicet æger impetu morbi minus affligitur, ne tunc perperam natura à reſiſtentia retrahatur, ægerque ipſe valentius affligatur, hoc præſidij genus vtile, & opportunum eſt. Hoc enim pacto quicquid morbi in poſterum gignendum eſt, ſublata antecedentis cauſæ copia, quæ quandocunque uigeat deterius ſemper malum facit, prohiberi certum eſt, ut deinceps quod iam genitum, & procreatum eſt, depoſito quaſi onere, natura euincat, & profliget. At ob id rationi minimè aduerſum eſt, quod tempore etiam augmenti, conueniens phlebothomia celebretur, quandoquidem non raro contingat, vigente humoris peccantis copia, vires per initia phlebothomiam non ferre, quoniam tunc illę, licet conſtantes, impeditæ tamen fortaſsè ſint, vel quod ſpōtè aliquid ab ipſiſmet vtiliter moliatur, à quo per phlebothomiæ opus illæ neutiquam diſtrahendæ ſunt, vel quod eiſdem potius alicundè uiolenter aliquid imponatur, ex quo ultrò laborem non tolerent, niſi fortaſsè phlebothomia tunc adminiſtrata, illi met quod ſpontè molitur apertè faueret, aut illi quod uiolenter imponitur, utiliter aduerſaretur, quo certè caſu perperam uacuatio denegatur. Quare poſito per initia, propter impedimentum, nullo modo phlebothomiam celebrari potuiſſe, nemini dubium quin perſiſtente humoris uacuandi copia, talis uacuatio

R 3 omni-

omnino per morbi augmentum imperanda ſit, hoc uno ſaltem exemplo naturæ, quæ utiliter etiã, procedente tempore, exuberãtem humorem è venis per hæmoragiam pellit, & ſanè id ex eo maximè tentandum, quod adhuc per augmentũ morbi, vires quadantenus licet afflictæ, nondum valdè tamen diuturnitate morbi collapſæ fuerint, ſed adhuc perſiſtant, vigeantque ſatis, integritati propriæ quodãmodo ſeſe reſtitutæ. In ſtatu autem morbi, antecedentis cauſæ occaſione, à phlebothomia neceſſariò abſtinendum eſt, quod tunc illa & inutilis, & noxia, cenſeatur. Inutilis quidem, ex quo humor antecedens morbi cauſa, tũc iam ſummum ſui maleficij attigerit, nec ultrò coniunctam cauſam augere, fouereve, aptus natus ſit, omninò ergo fruſtra eius tentaretur euacuatio, poſteaquam ille negotium faceſſit nullum, cuius occaſione phlebothomiam imperamus. Noxia autem ea ſemper futura eſt, ex quo tunc vires morbi vigore, & impetu laceſſitæ, per eam ſummoperè labefactarentur. Inſuper, cum tunc in euincendo morbo illæ potiſſimum ſint intentæ, meritò ne à ſuo auertantur munere, & in deterius morbus abeat, ab omni generoſo præſidio abſtinendum eſt, niſi quid fortaſsè de nouo contingens, valdeque urgens, ex ſe illud omninò deſideraret; etenim cum morte leſio ſit tolerabilior, euacuatio ideo tunc, extremo quaſi extremum, cum uirium manifeſto diſpendio etiam adminiſtratur, quod in-

terdum

terdum potius remedium tentandum ſit periculoſum, quàm permittendum, vt ſine ſpe æger intereat. Et hæc etiam declinante iam malo obſeruanda ſunt, niſi enim tunc nouum quid præter naturam emergat, quod certam ob cauſam phlebothomiam exoptet, ſine dubio ſemper (dum occaſione ſolum antecedentis cauſæ phlebothomia imperetur) inutilis ea, & pernitioſa eſt. Inutilis porrò, quod antecedēs cauſa tunc prorſus eſſe deſierit, quæ vlterius coniunctam cauſam augeat, foueatvè; quinimmo experimento certi ſimus, coniunctam cauſam tunc naturę beneficio deuictam ita, ſuperatamque eſſe, ut morbum deinceps nullo modo factura ſit: ergo & ceſſaſſe antecedentem neceſſe eſt, à qua coniuncta dependet; vanum itaque opus tunc phlebothomia eſt, cum occaſio vſus illius penitus eſſe ceſſarit. Pernitioſum autem velimus nolimus tunc etiam opus cenſendū, præſertim, quod per ea tempora bonum duntaxat ſanguinem reficiendo corpori deſtinatum, prauo ſucco relicto, euacuaret. Iam enim humor qui peccabat, morbumque coniunctè faciebat, naturæ fauore, tunc ſuperatus, & coctus cum ſit, in ſimul etiam à bono ſanguine ſeparatus, ad certaſq; ductuum fores quaſi tranſmiſſus, inde tandem aliquando ſponte, vel arte, expulſuris, non amplius ipſi vniuerſæ ſanguinis maſſæ confunditur, vt perindè reſeratione uenarum, per quam indifferenter exit, quod tota maſſa continetur, foras ille

cum ſanguine fluere aptus ſit. Itaque tunc phlebothomia imperata, inutili humore relicto, quod utile ſolum eſt, maximo ægri damno, foras educeret. Huic uerò accedit deterius quid, namque humoribus ſic ſe habentibus, ſi phlebothomia celebraretur, agitatione fortaſsè quadam, inutile quod ui naturæ confectũ, ſuperatumq; eſt, & à bono ſecretum, iterum ipſi bono permiſceretur, hoc inquinaret, omnia confonderet, naturęque molitionem optimam interpellaret.

Sed ad hoc, ut euacuatio, quam per pharmacum aduerſus antecedentem morbi cauſam uniuerſim celebrari iuſſimus, nobis per requiſitam opportunitatem ſuccedat, animaduertẽdum inprimis eſt, opportunè tunc cauſam morbi antecedentem per pharmacum pelli, cum ea potiſſimũ urgeat, perindeq; pellenda indicetur; ſed & cum inſimul hoc ipſum pulſionis opus pharmaco perpetrandum tolleretur. Vrget ſanè ſtatim ipſo morbi principio, quando per id temporis ſemper, ſi quo alio, ex antecedenti morbi cauſa, ipſa coniuncta, unà cũ morbo, oriri uideatur; reliquis enim temporibus, quibus morbus ad factum eſſe magis accedit, ut coniuncta cauſa urgentior eſt, ita ferè antecedens ipſa depreſſior. Atqui, ne interea uacuationis eiuſdem tolerantia adſit, rationabiliter æſtimatur, cum tum ex parte uirtutis pellẽtis, robur ſufficiens, ac promptitudo adſit, tum ex parte humoris peccantis, ad ipſam uacuationem habilitas, & diſpoſitio præſtò

fit,

ſit,tum deniq; cum uiarum, ſeu ductuũ, per quos facienda uacuatio eſt,amoto omni impedimento, deſiderabilis aderit aptitudo; Etenim, uacuatio hæc per pharmacum (quod tamen apprimè congruat) celebranda, & irritante illo, vt diximus, & pellenti facultate,in id quod noxium eſt, excitata, celebratur. Vnde primum ad tolerandũ pharmaci impetum, robur debitũ in viribus eſſe debet, nec vniuerſim quidẽ tantũ, ſed particulatim quoque, earum præſertim partiũ habita ratione, quæ operi cõficiendo bellè deſeruiunt, ne ſubinde illis labefactatis(veluti aliàs demonſtrauimus)æger morbo ſuccumbat,at vires vniuerſim per morborũ initia (particulatim verò fortè non item) firmiores ſemper, conſtantioresq́, ſunt, nec admodum ijs diſſimiles,quæ pridem erant integra ualetudine, puta quod impetu morbi adhuc nondũ ita laceſſitę,afflictęq́; ſint,ut poſtea reliquis morbi tẽporibus eſſe conſueſcũt. Si quo ergo morbi tẽpore antecedẽtis humoris euacuatio per pharmacũ deſideratur,ipſo maximè principio vtiliter,& commodè toleratur. Sed quamquã ferè ſemper tũc tpis tales uires ſunt, nõ ſemper tñ tũc ipſę vnà cũ pharmaco,ad obeundum expulſionis opus,promptę,paratęvè ſunt,poſteaquam ſolũ peracta coctione, expulſio locũ habeat,nec vſquã adhuc crudis exiſtentibus ſuccis, licet vtiliter naturam ad ſpontè quoduis pellẽdum irritare. Verum cũ in humoribus cruditas duplex ſit,vna ſcilicet propria,quæ illis ipſis ineſt,dum ab

aſſumpto

aſſumpto paſtu parum diſtantes, certiſque noſtri corporis vaſis conſiſtentes, inibi caloris coquentis ope, plenam confectionem, elaborationemvè, ad perfectam uſque traſmutationem in ſanguinem, nutritivè demum ſubſtatiam, expectant. Cui cruditati, coctio ea, quæ propria eſt, meritiſſimè aduerſatur, quatenus puta inſitus nobis calor, facultatis naturalis beneficio, in eoſdem humores inſurgés, eoſque bellè conficiens, iuxta ſubiectæ materiæ varietatem, facit, vt iidem partim in optimi alimenti ſubſtantiam, vel in illam demum nutriti, deligantur, permutenturque, partim verò excrementitij, inutileſque, & virtutis pellentis ui, omninò reijciendi iudicentur, tandem aliquando opportunè expurgandi. Altera autem cruditas impropria eſt, quæ tum excrementitijs, tum alimentitijs humoribus ſæpè ineſt, dum hi nempè debitam ita propriç conſtitutionis conditionem, ſeu ſimetriã, vel primis, vel ſecundis, vel demum alijs qualitatibus, prætergrediantur, ut naturæ ipſi iam moleſti euaſerint, & noxij. Cui ſimiliter cruditati, impropria aduerſatur coctio, per quam ipſemet inſitus calor, vel per ſe, dum optimum quodnis molitur in nobis, vel arte adiutus, eoſdem ita humores alterat, corrigitque, & in modum redigit, ut aut hi priſtinæ reſtituantur ſimetriæ, aut vbi iam modum nimis ad corruptionem penè exceſſerint, in quid ſaltem minus noxium, & magis amicum reducantur. Cum inquam res ita ſe habeat,

beat, licet per morborum initia, dum antecedentem cauſam pellimus, cruditas ſemper vigeat, quia tunc ſcilicet antecedens cauſa ita à recto iam deuiet, ut mox in coniunctam ſit permutatura; non quælibet attamen antecedentis humoris cruditas, vacuationi per pharmacum aduerſa eſt, nec quæuis ſemper, ante euacuationem huiuſmodi, coctio eſt expectanda, ita ut nunquam per initia morborum opportunè pharmaco vti conceſſum videatur. Etenim veriſſimum eſt, coctionem propriè dictam omnem, à natura factam, expurgationem antecedere, quando certi ſumus, ſola excrementa expurgari, quæ ſanè nuſquam excrementi rationē habent, antequàm eiuſdem propriæ coctionis iudicium perfectè ſit celebratum; adeo quod ſi antecedens morbi cauſa, humor ſit ſua natura vtilis, & alimentitius, qui mox extraneā adeptus ſit conditionem, per quam à iuſta diſtet ſimetria, vt crudus ſaltem impropriè veniat appellandus, quia inquam ſenſim per partes degener factus, morbum iam fouere aptus eſt, quoniam nondum per morbi eiuſdem initia, ille ita diſtat ab ea, quin cum eadem magnam etiam habeat ſimilitudinem, iure tunc ſub Iudice adhuc ſtat, necdum vel priſtinæ integritati, vt retineatur, reſtitutus eſt; nec minus per coctionem, excrementitius (ſiquidem tantus præceſſerit exceſſus) vt expellatur, iudicatus eſt; quam ob rem perperam, & inutiliter, huiuſcemodi antecedenti humore ita ſe habenti, expultrix

trix facultas in eum per id temporis pharmaco irritabitur.

De concoctione verò, cruditateve antecedentis humoris impropria, alia habenda ratio eſt, quoniã etſi coctio, etiã impropria, faciliorẽ, feliciorem q; reddat expurgationẽ, interea nihilominus cruditas impropria expurgationem pharmaco irritatam minimè impedit, niſi tñ ea imparatum purgationi humorem omninò reddat. Quippè humor quamquam excrementitius, coctionis beneficio, iudicatus, adhuc tñ ille fluidus, & ad expulſionẽ paratus, ſiue diſpoſitus, eſſe debet, qñ plerunq; ob alienam inditam qualitatem, per quam ille à iuſta ſimetria decedens, crudus, impropriè nuncupatus, craſſus, uiſcidusq; adeo ſit, quod validius cõſiſtens, & obhęreſcens, nõ facilè per conſuetas anguſtas uias foras erũpat, in aluumq; profluat, ac licet pharmaco irritanti virtus expultrix in ipſum concitetur, attamen aut difficile, aut impoſſibile eſt, ipſum è loco mouere, quod ſi adnitaris, neceſſariò uiribus omnibus defatigatis, ſummũ continget ægrotantibus detrimentũ. Ergo ne per ſuam cruditatem, craſſus ille, uiſcidus, ad uacuationemque impeditus, vel mauis adhuc tenuis, fluidus, promptusq; ſit, tũ ex propria humoris ſpecie multifariam alibi demonſtrata, tũ ex motu, & effectis prænoſcendũ. Atque poſito humoris huiuſmodi pharmaco deturbaturi conſiſtentiã per initia morborum tenuem eſſe, vel ſaltem mediocrem (vt poſſibile eſt) tunc facilè, tuto,

tò, atque iocundè, eius deturbatio, ſeu demolitio per pharmacum aſſequetur. At,ſi illi craſſities,uiſciditasq; inſit,talis ea minor expectabitur. Atqui prȩter aptam humorum purgandorum diſpoſitionem, ductus adhuc uacuationi moliendæ commu nes omnes, per ipſa morborum initia, liberi eſſe debent, patenteſque, vt commodò pharmaco irritanti,& uirtuti expellenti, ſint obtemperãtes: quo enim illi magis tales, eo generoſior erit expulſio, quo autem minus, eo ſemper parcior. Hãc autem uiarum,ſeu ductuum conditionẽ,tum morbi ſpecies,mos, atq; progreſſus, vnà cũ ſimptomatibus, morbum,& cauſam ſequentibus, in determinato habitu corporis,indicant; tum præincipientiũ cau ſarum antecedentem ipſam cauſam parturiẽtium occaſio, ſatis apertam facit. Sanè verò hoc, tũ uiarum,tum humorum,alterutriusvè impedimentũ, potiſſima cauſa eſt,ut per ipſa morborũ initia, ferè nunquam radicitus,omnis morbi fomes,pharmaco potenti,extirpetur; quandoquidem ille licet,ut plurimum excrementitius, expulſionique conſecratus iam pridem iudicatus humor fuerit, quia attamen tunc vel craſſus nimis,& uiſcidus eſt, nec omninò fluidus, aut ſaltem uiæ, per quas ipſemet inter pellendum tranſire cogitur, præpeditæ, ac penè conſtrictæ ſunt, hinc fit, ut per ea tempora ab vſu potẽtioris pharmaci neceſſariò abſtinẽdum uideatur, ne tunc fortaſsè repentim vehementius humor cõcitatus,pernitioſa ęgri cõcuſſione in ipſo

conſiſtat itinere, ſeu potius iter impeditum inueniens, alio impetu ruat, & detrimentum aliquod grauius præter ſpem inferat. Attamen pharmacorum per ſeceſſum purgātium duplex precipuus ordo eſt, quippe ex his potentiora aliqua ſint, & benigniora aliqua, adeo quod licet potentiora tūc periculoſa, ab vſu nihilominus benignioris abſtinere nequaquā oportet, ex eo, quoniā nihil noxij ſuſpicādum, quin potius contra, quæ fortaſsè deeſt humorum diſpoſitio, ac viarum reſeratio, ea iam per ipſum quadantenus præſtò eſt, vt quamuis interea humoris omnimoda vacuatio ſperanda non ſit, ſperanda ſaltem quæ valdè ſit profutura, per quam inquam natura, quaſi leuata ſarcina, promptius ſupra reliquum ſit valitura, ne puta coniuncta morbi cauſa vlterius creſcat. Quomodo verò illud tanta præſtet, ſic explicandum. Poſteaquam ventriculo aſſumptum continetur, primum caloris inditi ope caleſit, atteriturque, vt eius tandem tacita facultas nobis inimica, ſolutis quaſi vinculis exurgens proferat uires ſuas, & quamquam interea pharmacum maiori ſui parte ſubſiſtit in ventre, eius attamen tenuior quædam portio irrepit per vias conſuetas in corpus, & quod craſſum, viſcidumque obhereſcens attingit, illud acri qualitate quadam, attenuat, detergit, & omniquaque fluidum reddit, reſeratis inſimul ductibus, per quos idipſum mox eſt remeaturum. Atque ita vnico actu duplex opus aſſequitur, virtutē nempè

ipſam

ipſam ad noxium corpore contentum foras expel-
lendum irritat, & humores attenuans, ductus etiã
communes non paucos, magno ægri vſu, aperit;
quod equidem non omni pharmaco, ſed illi dun-
taxat (& ſanè non ſemel adminiſtrato) conceſſum
eſt, quod in mediocrium ordine cõtinetur; quan-
doquidem malignum, ac potens, & quod perni-
tioſa, nobiſque à tota ſubſtantia infenſa nimis po-
teſtate donatum eſt, nunquã è ventriculo in cor-
pus ſubeat, ſed vix patefactum, cum vltrò ferri nõ
poſſit, ab expellenti illico facultate, totum, viribus
totis, foras excutitur. Atqui, quod benignum eſt
illud pluribus ſui partibus omne peruadit corpus,
vel uno vrinæ argumento, quæ illius odorem, co-
loremque paſſim repręſentat. Et de anteceden-
tis cauſæ artificioſa euacuatione ſatis.

RESTAT SPONTANEA CAVSÆ antecedentis euacuatio, in qua examinandum eſt, ne ea talis, tanta, ſtatoq; tempore, adueniat.

CAP. IX.

IAM de ſpontanea antecedẽtis cauſæ morbi euacuatione, quæ nempè citra artem, prioribus morbi temporibus, naturę impulſu, violento tamen, fit, animaduertenda inter curandum ſunt non pauca. Siquidem naturam, tum multitudine, tum malitia humorum, premi

premi non rarò per morbos contingit, atq; ita eademmet, tanto onere preſſa, violento quodam impetu, intempeſtiuè ſubleuari, per manifeſtam uacuationem cogitur, tum porrò hemoragia, tum purgatione, ut experimur; illa verò, quæcunque ſit, quoniam exitu vario ſemper obſeruetur, ut inquam interdum utilis, & plerunque inutilis eſſe conſueuerit; propterea ſanè ab hemoragia, hoc eſt ſanguinis eruptione ſponte facta, ſumpto principio; an iure ea talis cenſenda ſit, qualis meritò non permittenda ſolum, ſed adhuc illi fauere, aut eam quoque perficere, quoties ab incæpto deſierit utile ſit futurum; an contra potius auertenda, & illi tanquam inutili, ac noxiæ, obuiam ire neceſſariũ ſit, animaduertendum diligenter. Quam ob rem poſito ægrum intercurandum, hemoragia tentari, ut utilitas, uel inutilitas eius ſit conſpicua, propter quam inquam, eam uel intercipere, uel mauis ex arte permittere operæ pretium ſit; utique præ cæteris ſanguinis qualitas expendenda eſt; an puta bonus ſolum ſanguis; an maiori ex parte malus; qui antecedentis cauſæ naturam ſapiat, per eam foras erumpat, idque potiſſimum ex ſubſtantia, & accidentibus eius. Subſtantia ſanè, ſi non æquè ſimilis fuerit illi, cuius per ſanitatem ſæpè violenta effuſio eſt, ſed in multis omninò diuerſa, quod uel tenuior, uel craſſior, aut uiſcidior eſt. Verum accidentibus, ſi magis, minusvè, ab eodem differat, in colore puta, quia albior, flauior, uiridior, nigrior,

grior, alteriusvè alieni coloris, percipiatur. In odore verò, quia interdum etiam fœteat; & in reliquis demũ qualitatibus à bonitate longius diſtet. Namque tunc, vt hemoragia profutura, minimeq; nocitura, quoniam ſcilicet certa antecedentis cauſæ demolitio cenſeatur, ita ea non ſupprimenda, ſed permittenda, quinimmo, ſi fieri poſſit, ex arte illam fortaſsè mancam irritare opus eſt, quouſque onus ſufficienter natura depoſuerit. At ſi contrarium obſeruetur, ſanguinem videlicet omniquaque ſanum apparere, & cum optimo omni ex parte conſentire; nec pletoriæ aliqua conſpicua inditia ſint, profectò hemoragia tunc perperam eſt, & omnibus ingenijs ſupprimẽda (quamquam id prudenter peragendum, ne repentim repreſſus impetus, mox in partem aliam nocenter decumbat) quippè ea tunc, malo ſucco relicto, ipſum duntaxat bonum ſit in ſummam ægrotantis pernitiem eductura. Ad hæc tamen obſeruãdum etiã, an ne per loca conferentia eademmet hemoragia celebretur, hoc eſt, ex venis, quæ vaſis maioribus cõſentiant, cũ inibi humor peccãs, cõiũctæ cauſę fomes, maximè reſideat: ſi enim alibi quam ibi reſideret, vt phlebothomia tunc vana eſſet, ita hemoragiã, vt inutilem ſupprimere oporteret. Et licet venæ, quæ exiles ſunt, eiſdem venis maioribus euidẽter conectãtur, vt facilè multitudo inibi exundans etiam minuatur, attamen quoniam illæ à maioribus alijs, in quibus reſidet quod peccat,

longè valdè diſtant, difficile ideo proprium morbi fomitem euomunt, niſi fortaſsè magnam boni ſucci copiam foras effunderent, quod cum nō niſi per ſummam viriū diſſolutionem contingat, ideo per has venas hemoragia inutilis eſt, & noxia, ideoque ſupprimenda; per venas autem euidentes, & latas, vtilior, atque ſecurior, & permittenda; hæ quando proximè è vena caua, quæ una, ſecundæ corporis regionis, eaque præcipua, impuritatis ſedes eſt, peruenientes, per eas idcirco quod pridem copioſè præter naturam congeſtum inibi fuerat, affluenter ita, & vtiliter, ſponte effluit, vt ferè dein artificioſa ſanguinis miſſio non ſit neceſſaria. Vtrum verò, quod inutile, & noxium eſt, in ſponte facta hemoragia foras ſufficienter eruperit, ex vna quidem peccantis humoris præcognita quantitate facilè conijcitur, cuius plerunque per hemoragiam tanta illius vacuatur copia, quanta illi ſaltem minuendæ ſat eſſe poteſt. Virium tamen præſentium, & futurarum, iuxta alibi expreſſas notas, interim ſuppoſita tolerantia; quippè quod tunc ſimul cum malo, boni ſanguinis quantitas exhauriatur, vnde non parua virium ſequatur diſſolutio. Quouſque ideo tunc vires tulerint, eouſque hæc ſpontanea hemoragia permittenda eſt; namque ſi exceſſerit, prudenter ſupprimenda, veluti ſi exilis, & parua ſit, ea autem per vias idoneas cœperit, vt tandem integra fiat (niſi virium præſens, futuruſvè languor, aut aliud

quid

quid impediat) vlterius irritanda, ſolicitandaque eſt, præſertim ſi adhuc phlebothomia neceſſaria iudicetur, nec dum iam pridem fuerit ex arte inſtituta, nec tempus adminiſtrationis eius præterierit. Solicitatur autem, vel per eaſdem venas, ſi per has humoris peccantis copia commodè ſit demolitura, vel per illis vicarias, & conſentientes, quales ſine difficultate docet anatomes.

Cæterum, quod ad eiuſdem ſpontaneæ hemoragiæ opportunitatem ſpectat, cũ per morborum initia, ad ſtatum vſque, antecedens morbi cauſa vigeat, ſimulatque coniunctam morbi cauſam foueat, adaugeatque, veluti deinceps à ſtatu deſinit, nec vlterius proficiſcitur malum, imò paulò poſt per declinationem euaneſcit, vtique ſi per ea tempora, ex natura quomodolibet irritata, venis reſeratis, hemoragia ſponte fiat, rationabile eſt, cæteris conſentientibus, illam poſſe, cauſam antecedentem, vtpotè præſentem, magna ægri vtilitate, diminuere, per eam enim, quaſi onere leuata natura, valentius poteſt ſupra reſiduum, perindeque credibile eſt, hemoragiam tunc vtilem poſſe eſſe futuram. Poſt ſtatum verò, ſi ea fortè contingat, equidem, niſi ex retentionis debilitate, magno ægri damno, ſiat, quo caſu ſemper ad reprimentia confugiendum auxilia, ne declinatio, quæ alioqui per morbi victoriam cenſebatur vera, iam per adueniantis virtutis impotentiam, falſa ſit; niſi inquam, hac vna occaſione tunc hemoragia con-

tingat, alia certè rariſſimè obſeruatur. Neque credendum, etiam per morbi inclinationem, hemoragiam vtilem eſſe poſſe, quia fortaſsè morbi coniunctim cauſam, in venis reſidentem, vtiliter tunc, quaſi via conuenienti, ſit extirpatura, quoniam veriſſimum eſt, integrè celebrata coctione, cóiunctam cauſam ab omni vtili ſucco eſſe ſecretam, iamque ſolam, virtute expellenti ſucco bono relicto, expurgandam, & propterea credibile nunquam vtile fore, occaſione vacuationis cauſæ coniunctæ, hemoragiam in declinatione morbi apparere, cum facultas expellens tunc ſpontè, & naturaliter inſurgens aduerſus ſolam eam, vijs conſuetis, nec penitus alijs, inſurgat; adeo quod ſi inſimul ſanguinem bonum effunderet, id omninò perperam, & præter naturam eſſet.

Sequitur ſpontè factam hemorogiam, vacuatio, quam ſpótè etiam per ſeceſſum, per vomitum, per ſudores, & communibus demum alijs vijs, nó raro natura ipſa, violenti impetu ſuo, ex qualitate ſcilicet, quantitateque antecedentis cauſæ morbi irritata, molitur, quæ inquam vacuationis illius, quæ per pharmacum tentari ſolet, vicaria ſæpè eſt. Quapropter ne ea ſemper talis, ac tanta ſit, qualis, & quanta, eiuſdem ſaltem antecedentis cauſæ morbi minuendæ occaſione, deſideratur; & ne inſuper opportunè facta cenſenda ſit, vt verè illi, quæ per pharmaciam ipſis morbi initijs, facit Medicus, ex æquo ſit reſponſura, ſtatim ac

apparuerit diligenter obſeruanda eſt. Etenim niſi ex retinentis facultatis defectu, puta cum citra vim vllam, ferèque inſenſibiliter, non ſemel, ſed ſæpius, magno comitante languore, contingat, quo caſu, ne longius, ſummo ægri damno, perſeueret, ei ſemper occurrendum eſt. Sanè aliàs vtilis, & proficua æſtimabitur, ſi ea ipſa tamen talis fuerit, qualem dubioprocul eſſe decet, hoc eſt, humorem, qui antecedentis cauſæ rationem habet, per vias idoneas, euacuantem. Talis autem eſt, ſi humor ipſe peccans ſeſe exeuntem oſtendat, & per ductus potiſſimum, in vaſa cauſam antecedentem continentia, terminantes. Vaſa autẽ hæc, vel primæ, vel ſecundæ regiones ſunt, quæ, vt aliàs diximus, per ſeceſſum inprimis, ac vomitum, dein per vrinas, atque ſudores, peccantem humorem effundunt, etſi inter hæc, quæ in ſeceſſum terminantur, locum primum obtineant, hac quoniam via humor peccans generoſius expurgetur, per vniuerſi autem poros, & renes ipſos, parcius. Contra nuſquam talis ſponte facta vacuatio erit, ſi nec peccantem humorem expulerit, & vel ſaltem per vias ineptas, quod euidens ęgrotantis detrimentũ oſtendit, at potiſſimum cũ non euidenter, ſed latenter, nec foras, ſed intro, peccantem humorẽ, è loco proprio, in aliũ trãsferat, quod prioris quidẽ mali leuamine certò fit, attñ alterius ſępè deterioris, peſſimè ęgrũ affligentis occaſione manifeſta, cõtingit, quod vtique, ſi liceat, ſemper ferè

attendendum, & intercipiendum eſt. Ad hæc ne purgatio huiuſmodi tanta ſit, quanta verè ſat eſt, hoc eſt, ſi non omnem, magnam ſaltem antecedentis cauſæ partem; eamque mediocri impetu demat, obſeruandum accuratè, & quidem ex præuijs copiam humoris peccantis indicantibus coniecturis. Atqui magis ne illa, quantacumque ſit, toleretur à viribus, accuratius attendendum; ita vt hæ ex ea nuſquam adeo frangantur, quòd cum deinceps longius dimicaturæ ſint, tunc licet defatigatæ, mox tamen refici, inſtaurarique facilè poſſint. Namque vacuatio hæc quando tanta obſeruetur, quanta vires, euidenti ægri periculo, valdè diſſipatura videatur, ea certè, ſi nō integrè, ex parte ſaltem (ne fortè humoris repentini facta repreſſione, deteriori tunc damno, æger afficiatur) appoſitis ingenijs, intercipienda eſt; aut ſolùm ab impetu retardanda, vt quod breui; ſed nocenter, facturum eſſet, longius; refectis viribus, vtiliter præſtet. At ſi eam vires commodè ferre credantur, tunc non permittenda ſolùm; verum quoque (niſi quid impediat; atqui vrgeat humorum copia, malitiave) leniter eo irritanda, per eoſdemq; ductus, placidè, ex arte quodammodo ſolicitanda eſt, quo, iuxta præcedentes vrgentis neceſſitatis coniecturas, illa quadantenus optatæ diminutioni ſatisfaciat. Examinandum adhuc tamen ne illa opportunè ita facta ſit; vt perinde vtilis, proficuaque, adeo ſit futura, quod meritò curationi

pluri-

plurimum faciat. Sanè omnibus morbi temporibus eam aliquando in ægro obſeruare ſolemus, occaſione tamen antecedentis cauſæ; de qua nunc, opportunè tunc ipſa ſponte fit, cum tutò, & citò, cauſam antecedentem ipſam, ne vltrò cauſam coniunctam augeat, depopuletur. Hoc certè, vt plurimum per initia morborum appoſitè euenit, quibus tum humor antecedens valentius vrget, tum demum virtus ipſa viget, robuſtaque ſatis eſt, parum ab illa per ſanitatem diuerſa. Quare quando per malorum initia hæc ſponte facta purgatio obſeruetur, ſemper eam occaſione antecedentis cauſæ opportunè tentari opinandū eſt. Et quamquam toto etiam morbi augmēto, ipſa antecedens cauſa viget; illa quippè ad ſtatum vſque coniunctam cauſam foueat, augeatque; quod nihilominus interim ad eundem ſtatum vſque, magis, ac magis, illa deficiens, minus, ac minus faceſcat negotium; hinc eſt, ut quantò citius euacuatio huiuſmodi celebretur, tantò melius, feliciusque, per illam finis intentus aſſequetur. Poſt hæc autem non negligendæ vacuationes illæ ſunt, quæ etiā antecedentis cauſæ gratia, ipſis morborum initijs, per vrinā; atque ſudorem, ſponte, & ſine arte, fiunt, quoniam vijs hiſce, natura, per id temporis, onus quo grauius premitur, feliciſſimè plerumq; deponat. Vnde tunc, vt præſidia, quibus irritetur opus, non conueniunt, ita quibus penitus intercipiatur, pernitioſa ſunt omnia; diligenter verò duntaxat atten-

 tendus

tendus exceſſus, qui vel multis utiliter peragendis impedimento ſit, vel quo vires diſſipatæ nimis, vltrò morbum, & quę futura ſunt multa ferre minimè valeant.

ARTIFICIOSA CONIVNCTÆ cauſę demolitio explicatur, atqui primum, quatenus, ne vltrò ex antecedenti creſcat, intercipiatur. CAP. X.

ET quidem cauſæ antecedentis abolendæ artificium tale eſt, quale hactenus docebamꝰ, cauſam modo coniunctam, quatenus ex arte permiſſum fuerit, extirpare, doceamus oportet. Porrò autem ea cum ex antecedenti oriatur, foueaturque, ſicuti antecedens ex procatharticis, ſeu præincipientibus fit, & conſeruatur, atque inter cauſandum morbum, hæc vt illa, ſimili ferè progreſſu, gerat ſeſe, nempè quod primum incipiat, demum verò facta perſiſtat, ſanè merito inter curandum, quoniam vtraque non quatenus fit ſolum, ſed quatenus ſtat, ita abolenda eſt, vt non tantum illius, quod morbi factum eſt, diſſipetur, ſed præterea ne vltrò inceptum progrediatur, intercipiatur omninò ; ideo poſtquam id de antecedenti cauſa hactenus accuratè factum, ex quo tum ipſius extirpandæ ratio

diligen-

diligenter explicata, tum demum moderatio prę-incipientium principiorum omnium, vnde illius origo eſt, demonſtrata ſit. Rationabiliter iam de cauſa coniuncta idem agamus eſt neceſſarium, quę quamuis ita cauſam antecedentem conſequatur, ut illa ſublata, ipſamet vlteriori prorſus careat augmento, inſuperque licet ipſo ſtatim curationis aggreſſu, quo primum omnimoda cauſæ antecedentis deſtructio architectatur, omne coniunctæ cauſæ augmentum arceri facilè poſſit, ut non niſi deinceps, quod illius factum eſt, diſſipandum relinquatur; nihilominus ex quo impoſſibile eſt Medico cauſæ antecedentis partes omnes ab initio ſimul diſſipare, quin adhuc illarum multæ ſuperſtent, per quas vlterius coniuncta cauſa foueatur, & creſcat; profectò, vt funditus coniuncta cauſa hæc, vnà cum reliquo antecedentis, euaneſcat, modum conſeruationis, & originis, vnius ab altera, inprimis animaduertere opus eſt, eundemque demum, quoad poſſit, intercipere; etenim quod antecedentis cauſæ relictum, coniunctæ verò iam pridem factum fuerit, facilius diſſipabitur. Oritur autem coniuncta cauſa ex antecedenti, vt dictum eſt, quoniam hæc humor peccans eſt, qui morbo proximè adhęreſcẽs, ipſummet immediatè facit, atque conſeruat, quiq; ex tota humorum maſſa, quęcumq; fuerit, ortũ habet, quatenus ex ea alicubi vltra modũ cumulatus, ac ut propriã quãtitatis, ſic qualitatis ſimetriã prętergreſſus, tãdẽ vim infert

infert ſanitati. Via itaque qua ille cumulatur, ratio eſt originis eius, quæ inſuper cõmodè intercipitur, ſublato omni modo, quo cumulatio fit. Cumulatur autem, vel fluxionis, vel cõgeſtionis modo. Congeſtio præter naturam ex humoribus ſenſim fit, qui alimenti vice, vel ferè in partem diſtribuuntur; cuius geminę aſſignantur cauſæ. Vna quarum ex parte virtutis eſt, illius nempè, tum alteratricis, tum expultricis, imbecillitas, ſiue ex diſſolutione ea, ſiue ex oppreſſione contigerit. Et altera ex parte humoris, illius videlicet iam diſtributi, vel qualitatis, vel quantitatis error. Cum enim pars, vel ita uiribus imbecillis prædita ſit, ut nec attingentem humorem ſibi, in propriam mutare ſubſtantiam, nec demum affluentem eum à ſe longè propellere poſſit, imò ſi poſſet, obſtat nihilominus vitij eiuſdem impedimentum, ſiue illud quantitatis, ſiue qualitatis ſit; neceſſariò quædam præter naturam congeſtio fit, qua in parte ſenſim, magis, ac magis, humor accumulatur, qui tandem ipſius morbi principium proprium eſt. Fluxio verò eſt humorum incurſio concitatior, atque copioſior, quàm parti ſit ex vſu, eaque vel humoris fluentis, uiarumq; tranſitus malitia fit, uel partis mandantis occaſione, uel partis recipientis defectu contingit. Humor quandoquidem, quantitate, qualitateve peccans, totiesque, ſeu parti, cui ineſt, nimis fortaſsè moleſtus, ac ad fluẽdum bellè diſpoſitus, vel expellenti virtute inde alio pellitur,

vel cum diu ibidem contineri ille non poſſit, ſuo ſaltem pondere deorſum in ſubiectas partes tendit; recipitur autem primum (ſi conſuetæ expulſionis viæ potiſſimū malè ſe habeant) totius eiuſdem parte aliqua, natura, vel caſu, debili, & euidenti intemperie laxa, quoniam præ cæteris ea ipſa tunc ad recipiendum parata, nec ad reſiſtendum valida maximè ſit, quinimmo, ſi fortè grauiter languea, doloreuè quopiam, uel calore afficiatur, ſi uel unquam, ad recipiēdum appoſitior eſt, ad eam quippè tunc humores attracti neceſſariò confluāt, attamen ubi meatuum ductus faciles, paratosque, & decliuitatem addas, maiorem, ac faciliorem etiam fluxum inuenies.

Cæterum, vtrum congeſtione, uel fluxione, cumulatio ipſa fiat, non ita facilè ab omnibus percipitur, quando vtriuſuis radix, & origo, obſcura ſatis uideatur. Si tamen antecedentis humoris ſpeciem, qualitatem vè, quis accuratè expenderit. Si deinde motum & impetum eiuſdem diligenter obſeruauerit. Et ultimò, ſi partis recipientis conditionem, ac ſitum examinauerit, mandantis autem, unde humor ipſe habet originem, diſpoſitionem, ac poſitum, aptè perpenderit, omnem tunc rei agnoſcendæ poſſibilem coniecturam conſequetur. Etenim humor qui tenuis, & acris fuerit, quoniam ad fluendum apprimè aptus, ideo ſi alicubi cumuletur, uerisimile eſt, fluxione cumulari, Contra, ſi craſſus ille, uiſcidus, & lenis extiterit,

conge-

congeſtione. Præterea, dum repentim, & breui temporis interuallo cumulus fiat, fluxione, cum ſenſim, & longo tractu ſolum, per congeſtionem cumulus adueniat. Id verò etſi in externis facilè ſatis appareat, attamen in internis hoc difficillimú captu eſt. Niſi adhuc quis, ex parte recipienti circunſpecta, inſuper & humoris origine examinata, aliquid vlterius conijciat. Namque ſi pars ipſa recipiés eo corporis ſitu ſtet, cui ſupereminéat alia, quæ pridem præter naturam ſuccis oppreſſa; demum vel quia ualidior, vel quia præſtantior ſit; & ad longius retinendum ineptior, ideo onus ſuum deponat, & in hanc illam recipientem immittat, ſeu deſcendere ſinat, tum quia ad recipiendum, ob inditam diſpoſitionem aliquam, ſit maximè prompta, tum quia ad expellendú quod ſupereſt, eandem ob cauſam, impotens eſt, ſanè tunc fluxione cumulationem éueniſſe credibile eſt. Non autem ſi pars alio ſitu ſteterit, & adhuc modis omnibus illa ad recipiendum, & retinendum parata fuerit, nec humoris qualitas, nec motus, aliud indicauerit; tunc quoniam potiùs veriſimilius ſit, per congeſtionem, ex humore antecedentis cauſæ morbi rationem habente, coniunctam cauſam cumulari.

Ergo re vtcumque ſe habenti, vt omnis cumulatio arceatur, quælibet tum congeſtionis, tum fluxionis occaſio abolenda eſt. A cumulatione verò per fluxionem effecta, puta quæ ut plurimum

contin-

contingit, ſumpto principio, illud potiſſimum animaduertemus, eam ob multiplicem ſui occaſionem, non niſi difficile, & vario remediorum vſu, tractuque temporis ſolum, arceri conſueſſe. adeo quod ſæpè etiam contingat, dum cauſis, vel occaſionibus eius, obuiam itur, interea ex ſolo fluxionis vigente impetu, ipſam coniunctæ cauſæ cumulationem augeri. Quare vtrumque, ſi liceat, vnà præſtare opus eſt, hoc eſt, & occaſioni ipſi aduerſari, & inſimul impetum fluxionis, pro poſſe, intercipere; uel ſi hic plurimum vigeat, occaſione ipſa, uel cauſa poſtpoſita, reuulſione arcendus impetus eſt, cauſa dein, ſeu occaſio eius, quomodolibet diſſipanda. Eſt porrò reuulſio, illabentis, & fluentis humoris, in contrarium tractus, in contrarium ſcilicet, quatenus in proprium ille, ex quo diſceſſit, fontem, retractione, reuertitur. Fons autem, à quo fluens humor prouenit, & in quem, vel quem verſus, per reuulſionem retrahitur, multiplex eſſe poteſt; alius quidem communis, alius autem penè proprius. Communis fons duplex eſſe videtur, tum videlicet prima, tum ſecunda corporis regio, ubi, ut aliàs diximus, humor antecedentis cauſæ rationem habens, qualiſcumque fuerit, continetur, & quamquam duplex regio hęc vniuerſum complectitur corpus, vt nullibi locorũ certus humoris fons eſſe uideatur, nihilominus nos maiora regionis vtriuſq; vaſa, præ alijs omnibus, ſtatuimus fontem, puta ſecundæ, uenã cauã,

& primæ, meſenterium, quod his potiſſimum locis, humor, quaſi in fonte, copioſior contineatur. Proprius autem fons eſt, pars certa noſtri quæpiã, à qua in partem ſæpè aliquam ruit quod morbum facit, pars inquam afflictæ ipſi bellè conueniens, conſentiensvè, in quam plerunque, ex communi fonte congeritur, quod demum ruit in aliã, quam vtique determinatam cuiuſque decernere hic locus non patitur. Vtcunque verò ſit, profectò dum antecedentis humoris, in coniunctã cauſam morbi, fluore decumbentis, impetum, reuulſione, impedire tentemus, neceſſariò ad fontem proprium ſemper illum reuocabimus. Etſi cautione hic dignum videatur, non in omni morbo reuulſionem ex arte ſemper imperare oportere, quando ſępè contingat, ægrum ualdè hoc ipſo vndecunque facto fluore ſubleuari, quia iam fortaſsè humor, quicunque ſit, ex nobiliori loco in ignobilem, vel etiam in proprium emunctorium transferatur, ubi morbũ excitari nouum melius eſt, quàm deterius malum nobiliori loco fieri, atque tunc profectò reuulſio ſemper noxia eſt, ſecus autem re ſe habenti, neceſſaria, & meritò præſcribenda. Ea itaque duplici ſuccedet modo; per euacuationem inquam cum attractione; & per attractionem ſine euacuatione. Primo ſanè modo reuulſio fit, ſi fontis, unde humor emanat, manifeſta, & generoſa tentetur euacuatio, ita ut fons ipſe exinaniatur: tunc etenim non dubitandum, quin verus,

conſtans & ualidus ſuccedat fluoris regreſſus, qui reuulſio eſt, quippè tunc vel exinanito fonte, ut continuatum contentorum ęquilibrium ubique adſit, riuuli fortaſsè turgidi, in ipſum omninò recurrent, ob quem poſtea recurſum, uelit nolit, per partem poſt partem, reuulſio fit, uel ſaltem per diminutam humoris copiam, ſedato turgeſcentis fontis impetu, fluor ulterius intercipitur. Quamquam, ut res ad uotum ſuccedat, tum alia prorſus uia, ab ea per quam fluor in partem fit, tentanda uacuatio eſt, per eandem etenim ſemper, quomodocunque euacuatio fieret, concitatior fluor euaderet; tum quæ (ut opus citius, generoſiusq; contingat) proximior fonti, & amplior, ſi liceat, deligenda, quoniam arctior, & remotior, idem licet præſtet, præſtat tamen ſegnius, & imperfectius. Atqui opus hoc quibuſnã inſtrumentis aſſequatur, ſiquidem fluoris fontem corporis noſtri primam, ſecundamvè regionem dixerimus, ſanè poſteaquam pharmacia ualenter, tum primam, tum ſecundam ipſam regionem euacuat; phlebothomia uerò ſaltem ſecundam, meritò quæſtione dignum uideretur, utrum ex his unum, alterumvè, uel utrumque ſimul, decumbenti cauſæ antecedenti, ex hac, aut illa regione, tanquam ex fonte, in coniunctam, per fluorem, ut præmittitur, retrahendæ, intercipiendævè, utile magis, magisque cõmodum ſit futurum. Verum enimuerò, quod iam ſupra docuerimus, quodnam de phlebothomia,

mia, pharmaciaque, in communibus totius exhauriendis fontibus, prima ſcilicet, atque ſecunda corporis regione, deliberandum ſit, hic propterea, ubi de reuulſione, per omnimodam horum fontium euacuationem, ſermo eſt, de his illud ſolum cõmemorabimus, nempè inter adminiſtrandam phlebothomiam, pharmaciamvè, attendendam fluoris occaſionem; ea quippè cũ, ut dictum eſt, uel impetum agitantem humorem, vel ſimplicem ponderoſi humoris decubitum inducat, utique tunc illud nuſquam commodum euacuationis inſtrumentum æſtimandum erit, quod fluoris occaſionem urgentem uehementius augeat. Pharmacum autem uacuando irritat, mouet, agitat, ideoque fluxioni per agitationem factæ propriiſſimè fauet; at contra phlebotomia motũ compeſcit, impetum ſedat, & curſum intercipit, retrahitque euidentiſſimè. Quamobrem utrumuis horum, ſi aliquando commodum inſtrumentum cenſeatur, ne tunc pro fluoris occaſione cógruens ſit, præmeditandum accuratè eſt. Cæterum, ſi fluoris fontem, partem noſtri quampiam inprimis eſſe cognouerimus, eiuſque propterea uacuationi, reuulſionis ergo, operam daturi ſimus, cum tum per Chirurgiam, tum per Pharmaciam, idem facilè conſequi valeamus, utique iiſdem, vt ſupra, habitis precationibus, iam quæ poſterius, de cauſæ coniunctæ uacuatione, utputa negotio huic apprimè inſeruientia, dicturi ſumus, attendenda

ſunt;

ſunt; hoc vno tamen ſemper ſeruato, nempè uacuationem partis, poſt illam totius, iure celebrare oportere. Ita quidem reuulſio per euacuationē cum attractione fit, ſed quæ citra euacuationē, vt quia tunc nec fortaſsè cõgruam, nec tolerabilem, ſed per euidentem attractionem duntaxat, conceditur, multifariã ex arte haberi poteſt, qñ multifarii quoq; attractio habeatur. Et ſanè, ſi doloroſus, moleſtusvè labor parti cuiuis infligatur, vel ſaltē calor exuberans aliquis eidem, quocumq; medio, impertiatur: tunc enim euidēter ad partem illam attractio fit, non directè quidem, ſed indirectè, quatenus puta dolor, cum triſtis ſenſus tactus ſenſatio ſit, ex triſti ſenſibili obiecto, vel quod obiecti huiuſmodi, veluti qualitas medicamentorum venefica eſt, rationem habet, exorta. Senſus autem tactus maximã præ omnibus ſenſibus habeat cum naturalibus facultatibus cõnexionem, vt iure aduerſus id obiectum valdè moleſtum virtus expultrix inſurgat, meritò hinc partes alteri dolēti vicinæ, conſentientesvè, quodam quaſi impulſu in noxium excitatę, verſus ipſum, partemvè dolentē, ad expellendũ quod nocet, quodãmodo cõprimũtur, compreſſioneq; humores ex accidēti perducũtur illuc, vna alteri debitã portionē ſuggerēte, ideoq; ſequela quadam manifeſta, humor, quaſi per manus, ad partem dolentem vſque, perducitur: hac enim ratione dolor attrahit. Sed alia ratione calor, namque ille dum nullum dolorem excitet,

ſed calidiatem duntaxat inducat, tunc uel attractricem partis facultatem,ui propria,auget, uel ipſam potius partem,humiditatis,& molliciei inditæ fauore, plurimum laxat,illiusque uaſa maiora, & capaciora reddit; quæ tum continuitatis ſeruandæ, tum euitandi uacui cauſa, uiolenter ad ſe humoris copiam trahunt, ſubinde uerò proximiores partes exinanitæ, etiam à longinquo, alias, atque alias exhauriunt,& ſucceſſiuum humoris motum faciunt; & hac ratione calor ipſe trahit. Quare quodcumque remedium, ex quo uel dolor, uel ſaltem calor,uel uterque ſimul, parti cuipiam impertiatur,illud ad eam attractionem facere uerum eſt. Quamquam attractionem huiuſmodi ad reuellendum tentaturi, ut res ſuccedat appoſitè, ex loco parti recipienti contrario, ab eaque ſatis longe diſtanti, tentare oportet. Contraria Mathematicis ſunt,quæ unius, & eiuſdem rectæ lineæ extrema tenent, ut ſurſum, deorſum, ante, retrovè, ad quæ, qui fiunt motus, contrarij dicuntur. Medicis uerò contraria ſunt, quæ mauis in partium recto fibrarum proceſſu, per quem una alteri palàm communicat, ſatis ſuperque inuicem diſtãt,cumque id rectarum fibrarum beneficio habeatur, (illas ſiquidem trahendo, ut tranſuerſas, expellendo, natura deſtinauit) plus ideo humoris,& expeditius, ab iјs partibus attrahetur, in quas fibræ diriguntur, quàm à cæteris eripiatur; tantum enim hæc fibrarum rectitudo ualet,ut,uel per ſe,humores,

res, ſponte, promptiori ueluti curſu, rectitudine ſeruata, defluant. Vnde ſi deſideratæ reuulſionis tempore euacuatio quæpiam ſponte ſuperueniat, niſi ex parte, & per ductus è directo oppoſitos, tùc obſeruetur, parum adeo utilis eſt, quod etiam interea (dum uires ferant, & neceſſitas ipſa urgeat) artificioſa alia, ex loco idoneo, moliẽnda ſit, priori intercepta. Quare reuulſionem facturi, hanc nos ſeruabimus rectitudinem. Seruari autem, ut, certis præhabitis coniecturis, appareat, ſocietas quidem partium omnium cum fonte fluoris ex anatome inueſtiganda eſt, adhuc attamen propenſio, atque conſenſus ipſarum, ex iam pridem factis obſeruationibus ſupponendus eſt. Non per quamcumque tamen diſtantiam partis, aptè, atque celeriter, aſſequimur quod cupimus, quoniam vt ex finitimo loco, ſemper, maioris prorita de fluxionis periculum eſt, ita ex nimis diſtanti, tardè nimis, & ſegniter conſequimur quod expetimus; reliquum eſt igitur, vt ſatis ſuperque diſtans locus ſit, vt poſteaquam eo retractus humor fuerit, non niſi ſero, atque difficilè inde recedat, prioris fluoris impetu iterum refluxurus.

Quantum poſt hæc, & quonam vſque facienda reuulſio ſit, neceſſitas eius oſtendit; namque tantum, tamdiuque opus repetendum, quantum quamdiuque fluens humor ſufficienter retrahatur; quippè non vno, ſed multiplici repetito opere, quod fluebat regrediatur, reuellaturque, veluti

certè quis id iam conſequutum, à morbi, ſimptomatumque ex fluxione natorum conſiſtentia, facilè colliget. Et quamquam tum reuulſione euacuanti, tum alia, quæ citra euidentem habetur euacuationem, vt plurimum egeamus, nõ vſu tamen pari vtriuſuis habẽda ratio eſt, quoniam licet poſtquam ſemel, bisvè, aut tertio, tẽtata ſatis, vnà cum euacuatione, reuulſio fuerit, non vltrò tamen pluries eadem generoſius eſt proſequenda, vtpote quam ſine dubio vires non ſint toleraturæ, ſed illa duntaxat ſufficienter adminiſtrata, alterius rationis alium reuellendi modum, ſine vacuatione (dum ille tamen ex arte vtilis cenſeatur) proſequemur, repetemusque ſæpius, & pluries, quo res deſiderata ſuccedat. Interea licet prænoſcendum inſtrumentum ſit, illiusque facultas, qua præſtat opus, ne ex vi eius fortaſsè debili, inſufficiens ſit, vel mauis nimia, damnum aliquod inferat præter rationem. Accedat reuellendi opportunitas, ne citra hanc nos perperam, & fruſtra laboremus, poſteaquam non omni morbi tempore reuulſio competat. Namque tunc ſolum temporis reuulſio idonea eſt, cum illa maximè requiritur, & toleratur; tunc verò potiſſimũ requiritur, cum cauſæ coniun ctæ, ex antecedenti, per fluorẽ, natæ, augmentũ intercipiendum fuerit, quod certè, vt ab initio morbi, ad ſtatũ vſque fit, ita per tempus initij, augmentiq; ſolum, cõſentanea reuulſio eſt; dum tñ interea vires ferãt; ut ſanè per ea tem-

pora

pora valenter, utplurimum, ferunt, quod vel pæ-rum à ſeipſis per ſanitatem diſtare videantur. Cæterum, quod duplici nos via reuellamus, euacuatione inquam, & attractione, vt dictum eſt, ideo dum vtraque permiſſa ſit via, ſi ne ab utrouis horum ſit opus inchoandum, in his præſertim morbis, qui humorum repletioni ſuccedunt, quis fortaſsè quærat. Meritò reſpondendum, reuulſionẽ, cum euacuatione, priori ſemper loco, fore tentandam, poſteriori autem aliam, quæ citra euacuationem fit; vigente quoniam adhuc repletione, ſi citra præuiam debitam euacuationem reuulſio moliatur, cumulatio quępiam mala, in parte, ad quam fiet reuulſio, ex patrata attractione, ſubſequi facilè poſſet, ex qua poſtmodum morbus priori fortè deterior ſit futurus, vel, ut altius ſaltem, præter omnem rationem, humor corpori hęreat, vnde, poſt alia mala, ſummo ægri detrimento, ventura, difficilè è loco moueri, deturbarivè poſſit, quæ certè omnia, vt in non repleto corpore, raro contingunt, ita ſi vacuans reuulſio deſiderata præceſſerit, impoſſibile eſt, vel ſemel contigiſſe. Itaque doctus prudenſque Medicus ſtatim ac cauſam antecedentem mali, vacuatione quapiam, demere contendit, ſimul ſemelque reuulſionis eiuſdem à coniuncta rationem habebit, vt ſi poſtmodum, eiuſdem reuulſionis occaſione, alijs repetitis attractionibus, opus fuerit, ad eas iam tutius accedat.

Reuulſioni iure meritò annectitur occaſionis fluoris interceptio, quippè licet ab ipſa reuulſione (dum nihil obſit) inchoanda curatio ſit, interea tamen ipſa fluoris occaſio nō negligenda, ſed quoad fuerit conceſſum intercipienda, abolendaque. Quare poſito occaſiones fluxionis eſſe tum ex fonte mandanti, tum ex parte recipienti, tum demum ex humore mandato; aut etiam ductibus partis ad partem, per quos miſſio ipſa fit, ſanè his, ſeruata qualitate, quantitate, & opportunitate, tum operibus, tum inſtrumentis, occurrendum eſt. Atque ſi ex occaſionibus vna fuerit humoris malitia, puta quod ille, poſt multitudinem, tenuitate peccet, ob quam, vel cum frigidus etiam ſit, ſuo ſolum pondere grauis, infernas partes petat, permeetque ad partem affectam vſque; aut potius cum calidus, & acris exiſtat, ad quocumque fluendum, fiat maximè promptus, fauentibus præſertim ductibus, vtpute patentibus, & fluori omniquaque accommodatis, cenſendum ſine dubio tunc eſt, incraſſare hos primum oportere, verumtamen refrigerandos, ſi calidi, & acres fuerint, vt calor, & acrimonia, quæ fluoris cauſa eſt, obtundatur; calefaciendos autem ſi frigidi, vt minori ponderoſitate donentur; cæterum inſimul, vt ductus minus fluxioni deſeruiant, aſtringendi, coarctandique ſunt. Ita enim inprimis, humoris ſuo vitio fluentis, vel adhuc fauentibus ductibus, impetus, contrarijs operibus intercipitur, atque hac

ratione

ratione etiam, frequentiſſima cumulationis ex fluxione occaſion: deficit. Sed quibus inſtrumentis, hæc nobis aſſequi conceſſum ſit, vtique ex opere ipſo patrando indicatur, ſiquidem tum regimine victus, tum medicamentis aſſequamur intentum. Regimine enim victus manutenentur vires, quibus valentibus, certum eſt omnia, quæ prȩter naturam ſunt, in modum redigi meliorem; nam humores, qualeſcunque fuerint, concoquentis ſaltem facultatis beneficio, priori, tum primarum, tum ſecundarum qualitatum, ſimetriæ reſtituuntur. Medicamentis verò, præſertim alterantibus, ex arte adminiſtratis, prætérquam quod naturæ bene operanti opem ferimus non paucam, adhuc ſine dubio alteros omninò reddimus humores, alienamque, & prauam illis ſuperadditam conditionem emendamus. Verum, cum ſtatim per initia morborum hæc à nobis deſiderentur, prȩcauendum ideo diligenter, ne tunc aliud quidpiam magis vrgens adſit, quod ſufficientem horum remediorum vſum impediat, veluti non rarò multa cõtingũt; at quatenus id vbique fieri valeat, impoſſibile eſt vniuerſim hic aperire; infra tamen, vbi de humorum cauſæ coniunctæ rationem habentium purgandorum præparatione erit ſermo, explicabuntur huic negotio inſeruientia non pauca. Ad hæc autem, ſi fluoris occaſio penes partem quampiã mãdantem extet, vt dictum eſt, neceſſariò tunc occaſio hæc ſpeciatim ammouenda;

uenda; ea tamen ſemper ſeruata lege, quam ſupra ſtatuimus obſeruandam; niſi ſcilicet interea pars nobilior cum fuerit, in ignobiliorem, euidenti ægrotantis beneficio, onus deponat. Ammouebitur itaque occaſio hæc, quoties eidem met præcognitę proprium contrarium ex arte adminiſtretur. Veluti, ſi ob partis præſentem repletionem, quæ ſua quantitate, vel qualitate illi moleſta ſit, fluxio fiat, quamprimum, ſi liceat, repletio ſufficienter auferenda; at ne dein ea ibidem vlterius, congeſtione, fluxioneve, cumulata fuerit, expendendum, vt dum vni conſultum malo ſit, alteri ſimul, ſemelque, vt in multiplici malo fit, iuxta etiam tradenda præcepta, ſine ægri damno, conſulamus. Vltimo autem, ſi fluxio, ob partis recipientis vitium aliquod, excitetur, quantò citius vitium illud, ſuo contrario, abolendum eſt. Vitium autem hoc, cuius occaſione pars languet, & debilis eſt, multiplex eſſe poteſt, vt plurimum tamen, deprauata partis conſtitutio, illius origo, & principium eſt, quæ porrò licet tam diſſimilaribus, quàm ſimilaribus partibus accidat, propius tamen in partibus ſimilaribus, ob perturbatam temperamenti ſimetriam, conſiſtit. Intemperies igitur hæc, tunc, quatenus per temporis occaſionem permittitur, idoneis remedijs, emendanda; quamquam certè id, ex quo, citra iam pridem fluxi humoris euacuationem, haberi, nulla ferè ratione poteſt, hinc euenit, vt per-

turbato

turbato non raro ordine, occaſione eorum, quæ magis vrgent, nos curationem facere videamur.

Sequitur cumulatio, quæ per congeſtionem fit, quæ ſanè etiam ex proprijs (vt dictum eſt) oritur occaſionibus, quas, vt congeſtio ipſa funditus ceſſet, diligenter intercipere opus eſt. Principio verò, præque omnibus tollendis occaſionibus, omnis ferè ſemper corporis vniuerſi repletio (ſi aderit) neceſſariò eſt abolenda, idque licet nullius reuulſionis expectatæ beneficio, quippè tunc fluor ſit nullus, attamen ſaltem, vt totum omni humorum copia deſtituatur, adeo quod in eo quodămodo natura reddatur auara, nec vt olim, ſic in præſentia conſuetam afflictæ parti ſuppeditet, alimenti vice, humorum copiam, ex qua tandem ipſa congeſtio augeatur. Et ſi ob variam, per ea tempora, ægrotantium conditionem, qua, ex inſtrumentis generosè, & affatim euacuantibus, ſæpè fortaſsè phlebothomia, & ſæpius pharmacum vtile magis æſtimetur; vnde quod ex his vtilius, quia magis proprium, & pro opportunitate proficuum; dum tamen debita ſeruetur euacuationis deſideratæ menſura; illud prudentiſſimè pręomnibus operibus celebrabitur. Cęterum, ſucceſſiuè, ſi congeſtionis occaſio partis languor fuerit, quoniam ſcilicet diſpoſitio eius ſimilaris, diſſimilariſque, deprauata ſit, meritò ea, vt dictum eſt ſupra, appoſitis auxilijs, ſuæ

reſtituenda integritati. Atqui, ſi congeſtionis occaſio humoris ſuppeditati uitium fuerit, quantitas nempè, qualitasvè illius, profectò tunc ex arte cenſebitur factum, ſi vel iam pridem vniuerſi tentata euacuatione, quantitati nos talem terminum poſuerimus, qualis omni exundanti copiæ reſpondere aptè videatur; vel, quod magis eſt, ſi deprauatæ qualitati, tum procatharticorum principiorum vſu recto, tum etiam adhibitis alterantibus contrarijs (niſi forſan interea partium conficiendis humoribus dedicatarum affectio præter naturam impediat) nos modum dederimus. Verum quod hæc, etiam humorem in parte congeſtum, qui coniuncta mali cauſa eſt, ſublatum, priori loco ſupponunt, meritò ut omnia ſine quibus non, & quæ reliquorum ferè cauſa ſunt, ordine proprio, inter curandum, præmittantur, ad id, quod iam congeſtum eſt, demoliendum, veniamus oportet.

QVOD CAVSÆ CONIVNCTÆ iam morbum facit, quibus artis operibus, & inſtrumentis penitus diſſipetur, demonſtrandum eſt. CAP. XI.

IAM omni cauſæ coniunctæ augmento, per antecedentis demolitionem, euacuationemvè, pro poſſe ſublato, reliquum eſt, ut quod cauſæ coniunctæ factum morbum fouet, omninò extirpetur,

tur, vt porrò inſimul omni ſublato morbo ſanitas amiſſa recuperetur. Extirpatur autem, tum ſponte, tum arte, vel medicamenti ope. Sponte ſanè plerumque, dum natura adeo ſupra morbum, morbique cauſam, viribus polleat, ut præuio quocunque, quod expetatur, ſufficienter celebrato, valeat demum, quod inutile, & excrementitium iudicatum eſt, foras expellere. Hoc verò contingens eſt, quoniam per naturæ cum morbo monomachiam, quamquam tandem morbus ſuperatus, & victus apparet, interea tamen defatigata adeo, afflictaque eadem natura ſuperſtes eſt, quod domitum licet humorem, morbi nempè cauſam reddere videatur, attamen ſola ipſum demoliri, prorſuſque diſſipare nullo modo poteſt; atque tunc, ne repreſſus fortaſsè morbus, vel aliam adeptus ſpeciem recurrat (humore ſcilicet denuo vnde ille habet originem recrudeſcente) æger, ad perfectam curationem adipiſcendam, eget artis ope, qua omnis coniuncta morbi cauſa profligetur, penituſque depopuletur. Verum enimuerò dum aliquando, vel uno roboris virium beneficio, eueniat, ut ſpontè id bellè ſuccedat, iam eo caſu, vt aptum, rationabileque illud æſtimetur, præter operis qualitatem, quæ eidem adamuſſim conueniat, neceſſe etiam eſt, tum eius conuenientem adeſſe menſuram, qua, quod abolendum eſt, ſufficienter diſſipetur, tum denique, iam perfectè celebrata humorum coctione, ſeu aduerſus omnem horum

mali-

malitiam aſſequuta victoria, nec aliàs, id meт ſponte celebrari. Ergo ne ſpontè aggreſſum opus huius ſit conditionis, principio obſeruabit Medicus, quoniam ſi tale prorſus exiſtat, nunquam mouebit ille quidquam, nec innouabit, ſed totum ipſi naturæ committet, ne fortaſsè medicamentis illa diſtracta ab incępto munere deturbetur. Contra autem, ſeſe geret ille, ſi vel opus nullum, vel licet inceptum videatur, illud nihilominus in via deficiat, diminutèque proſequatur; tunc etenim Medicus appoſitis irritamentis, illud abſoluet, atque ne quidquam reliquum fiat, vnde recurrat affectus, cautè perficiet. Porrò inprimis debitam obtinet qualitatem, quod ſpontè fit demolitionis opus, dum per ipſum talia expurgentur, qualia prorſus expurganda ſunt, & per vias idoneas, hoc eſt, quæ ſedi peccantis humoris maximè conſentiant, proximiusque hæreant. Talia autem eſſe qualia oportet, ſi ea pridem ſenſibus obſeruentur, non eſt quod præterea dubium ſit. Verum quando pelli quidem aliquid conſter, an tamen id, tale, quale deſideramus, æſtimandum fuerit, dubitatio eſt, tunc vltrò ne per vias idoneas illud, & toleranter, pellatur, perquirendum eſt, namque per vias idoneas, ut magis apta huiuſmodi vacuatio eſt, ita per eas, talis, qualis expetitur, credibilior etiam eſt futura. Cæterum, accedente ægri tolerantia, certum, & euidentiſſimum eſt veritatis argumen-

gumen-

gumentum. Quippè in hoc potiſſimum coniunctæ cauſæ demolitio differat ab illa antecedentis, quoniam illa vtiliter, toleranterque ſolùm celebratur, & inſimul magnam augmenti morbi occaſionem tollit, tollit nempè proximè efficientis morbi cauſæ fomitem; hæc verò, vt proximum ipſum morbi principium tollit, vnde viget, ſtatque ipſe morbus, ita ſanè ulterius ad ipſam ſequitur manifeſtum ægri leuamen, niſi fortaſsè antecedens, & coniuncta, ſeu proxima morbi cauſa in vnum, vnamque ſedem conueniant: tunc enim poſſibile eſſe uidetur, ſimul, ſemelque, toleranter vtramque eximi cauſam, cum aperto ægri leuamine. Viæ autem euacuationi idoneæ ſunt, quæ ſedi peccantis humoris cauſæ morbi proximè rationem habentis propius accedunt, illique, vt dictum eſt, apertè conſentiunt: quatenus ergò per has euacuatio ſpontè fit, eatenus illa dicetur per idoneas uias celebrari.

At qualitati neceſſariò annectenda quantitas eſt, ea autem tum penes humoris exeuntis copiam, tum excundi impetum, attendenda eſt. Ex ea quippè copioſa, & rapida, magnum viribus ſemper detrimentum inferatur, vnde etiam ſi talis, qualis expetitur, & opportunè quoque tentata videatur; nihilominus raro verè ſalubris æſtimanda eſt. Diminutè verò, atque lentè, ſi fiat, euidens ſuſpicio eſt, immo certitudo

habetur,

habetur, nihil prodeſſe poſſe. Verum quoties tum quantitas, tum impetus mediocris eſt, licet magna peccantis humoris copia vigeat, attamen ſemper ipſa ſufficienter repetita, dum talis, qualis eſſe debet erumpat, pro ratione cenſenda à nobis eſt. Itaque hac conſideratione, affluentes, & impetuoſas euacuationes nunquam iuuabimus, & præſertim, ſi viribus comparatæ, illis futuræ moleſtæ nimis nobis apparuerint, cohibebimus; quinimmo, ſi iam actu tales ſint, vt viribus penè cadentibus, ægrum in grauius detrimentum manuducturæ credantur; cohibebimus verò magis, aut minus, quantò plura, vel pauciora, euacuationem damnabunt. Etſi inter cohibendum, moderatè ſemper incedere ſit opus, nec ſcilicet repentim, nec conatu vehementi, ne foras ſpontè erumpens humor à ſuo curſu violenter nimis interceptus, illo feratur, magno ægri detrimento. Debiliter autem tentatas euacuationes, ſi quæ illis pro qualitate congruunt iure atteſtentur omnia, meritò iuuabimus ſemper, quod porrò tales, quamquam non integræ, tamen ſemper vtiles ſunt, ideſt in exoptatas perfectas neceſſariò terminaturæ. At, quod ſæpè contingat non vnam, ſed plures ſpontè tentari peccantis humoris vacuationes, quæ ſine dubio omnes, pro ratione humoris, ſedisque, non inutiles cenſeri facilè poſſent, attamen ex quo diminutæ, imperfectæque ſunt omnes, vt nequaquam per ſe ſolæ, leuando ægro ſat eſſe valeant, hinc meritò

oritur

oritur difficultas, quænam ex his, præ alijs, arte ſolicitanda, perficiendavè ſit. Sed difficultati ſatisfit, quando dicamus; ex vacuationibus, eam ſemper alijs eſſe præferendam, quæ tum per vias magis idoneas, peccantique humori commodius reſpõdentes, iam cęperit, tum quæ generoſior, promptiorque apparuerit; quamquam interea ſemper ei uirium tolerantia, cùm manifeſto leuamine, adiungenda uideatur, cuius fauore, ac beneficio ſolum, ea ipſa expetenda eſt. Siue autem multa, ſiue pauca ſpontè facta expurgatio fuerit, ea vtique, etiam ſi peccantem humorem foras eduxerit, niſi opportunè cõtingat, nunquam vtilis, nunquam appoſita cenſebitur. Opportunè verò continget, quando vel inchoata, vel iam tandem exacta coctione celebrabitur. Vnde non per manifeſtam duntaxat morbi declinationem idipſum vtile opus expectabitur, verum etiam longè ante eam. Etenim per morbi, ac naturæ monomachiã, non totus ſimul, qui peccat humor, morbumque facit, à natura ſemper vincitur, ac coctionis beneficio ſuperatur, vt euidentiſſimum eſt, ſed ut plurimum ſenſim, & per partes potius, ſi præſertim magna illius copia fuerit, quæ & coctioni aduerſa, & palàm viribus impar ſit. Quamobrem neque ſemper ſimul totus, & vnica, vt dicitur, expulſione demolitur, ſed vt plurimum per partes, ſeu per epicraſim, diſſipatur; vtcumque autem contingat, ſine dubio tunc opportunè ſolum contingere

gere cenſendum, cùm coctionis aliqua præceſſerit euidens coniectura. Atque, ut per manifeſtam, eamque integram morbi depreſſionem, qua coctio iam perfecta eſt, humoris peccantis euacuatio deſiderabilis eſt, ita quoque ante id temporis inchoata eadem euacuatio, tutò, & iocundè, terminatura cenſebitur.

Et ſanè dum res ita ſe habeat, ut nempè coniuncta cauſa morbi ſpontè tota demoliatur, eiuſdemmet morbi perfecta ſanatio, citra artis opem, ſuccedet. Verum, quoniam id raro contingens eſt, meritò ad artificioſam euacuationem Medicum confugere operæ pretium eſt; quare, ut in cæteris Medicę artis operibus adminiſtrandis neceſſariò vſu venire conſueuit, ita in hoc, tum operis, tum inſtrumenti, qualitatem, quantitatem, & denique opportunitatem, ante opus, prænouiſſe neceſſarium eſt. Atque, quantum ad qualitatem ſpectat, non dubitandum, quin tum artificioſa cauſæ coniunctæ euacuatio, tum eiuſdem procurandæ inſtrumentum, qualitatis ſit multiplicis, atque diuerſæ, poſteaquam vel una ſedis, qua humor in corpore reſidet, occaſione, compertum eſt, ęgrum non omnem euacuationis formam, nec omne eua euandi inſtrumentum facile admittere. Etenim humor coniuncta morbi cauſa, aut communibus totius corporis vaſis, vel inquam ipſo meſenterio, reliquiſque adiacentibus locis, aut etiam toto genere venoſo, ut aliàs explicatum eſt, continetur,

quibus,

quibus, ut plurimum (permixto quaſi quod actu lędit illi quod potentia lædit) antecedens quoque cauſa ſtat; aut demum vaſis cuiuſque partis proprijs, quæ partibus ſingulis indita, proprijs earum vſibus inſeruiunt, ex toto tranſmiſſus collocatur. Atqui, quamquam corpus vniuerſum, ſuis omniquaque conſentiens partibus, non paucas habeat patentes adeo ad euacuandũ vias, quod his quàm facilè liceat & totius, & partium, ad minimam earum vſque, vacuationem expectare, nihilominus propriè nunquam, vna, eademq; eſt, totius, ac partium artificioſa, eaq; exacta, euacuandi ratio, nec vnum, & idem, cuiuis euacuationi bene ſeruit inſtrumentum, quando licet generosè, cõmunibus, publicisq; regionibus totius expurgatis, cõſequenter ex partibus ipſis aliquid educatur, idẽ attamen proprijs, priuatisq; vijs procuratũ, quidquid in eis continebatur, euidentius diſſipatur, quod ſanè nõ omnibus, ſed accõmodatis inſtrumentis conceſsũ eſt. Sunt verò multiplices, ad cõmunes, & particulares euacuationes celebrandas, inſtrumentorum qualitates, quibus vel citra naturæ opem vſui ſeruiunt, vel quãuis artis parentur auxilio, nõ niſi tñ naturæ adminiculo operi adhibentur, vt non ſemel à nobis expreſſum eſt, veluti certè Chirurgia eſt, quæ ſolius artis eſt, & pharmacia, quæ pręterea naturam ſecundam expetit. Itaq̃ue poſito cauſam morbi coniunctam, humorem nempę immediatę aliàs faciẽtem malũ, quibusuis cõibus

 vniuerſi

vniuerſi vaſis contineri(de hac enim euacuatione primum habendus ſermo eſt) vtriq; cum eam iam pridem coctione deuictam, domitamque ad adamuſſim ſolam euacuādam eſſe intentio ſit, per phlebothomiam verò, chirurgicum opus, nuſquā vnus, ſolitariuſque humor, ſed indiſcriminatim quilibet, qui venis contineatur, videlicet vtilis, & inutilis (certum enim eſt ex meſenterio, & adiacentibus vaſis, phlebothomiam nihil per ſe educere poſſe) foras erumpat, per phlebothomiam merito coniuncta morbi cauſa non tentanda; præſertim quod ad ſolam eam bono ſanguini mixtam demoliendam, delectus eſt neceſſarius, qui non artis, ſed naturæ proprius eſt. Quare cum per phlebothomiam, velimus, nolimus, bonus etiam ſanguis, dum ille ad inſtaurationem ſummopere expetitur, perperam, & magno ægri detrimento foras exiret, immo ſæpius bonus ipſe ſanguis tunc foras ſolus erumperet, inutilibus ſuccis omnibus intus omnino relictis, iure per phlebothomiam, cauſæ coniunctæ in vaſis communibus corporis vniuerſi exiſtentis, vt dictum eſt, vacuatio non aggredienda. Quod ſi plerumque appareat, ſponte, naturam, ſuo iudicio, apertis venis, ſanguine exeunte, ægrum perfectè ſanare, hoc certè fit, quia per delectum tota cum illo cauſa coniuncta exit, qui delectus a nobis inter phlebothomandum haberi non poteſt.

Cæterum pharmacia, huic ibidem proſequendo

do operi, proprium inſtrumentum eſt, quippe vniuerſim, ex vaſis dictis, proprijs viribus, educit quod peccabat, attamen adhuc cum naturam opitulantem expetat, illius ideo beneficio delectum peccantis humoris habet annexum. Nomine autem pharmaci veniunt quæcumq; vim deturbandi humores è corpore poſſident, ſiue per ſeceſſum, ſiue per ſudores vniuerſos, ſiue per vreteras cum vrina, deturbatio ipſa fiat, tot etenim vijs potiſſimum, vt ſponte in omnibus hominibus, ſæpe, & vtiliter, cauſæ coniunctæ, ex vaſis dictis, euacuatio fit, ita ex arte, certis medicamentis naturam irritantibus, ea vt plurimũ neceſſario procuranda eſt. De his itaque ſingulis ordine agendum eſt nobis, atque ab inſtrumento, euacuationeque per ipſum facta, quæ vaſa eadem per ſeceſſum exhaurit exordiendum, ab ea porrò, quæ vt præceteris generoſior, ita corpori toto communiſſima eſt, in ſeceſſum quoniam vniuerſi corporis viæ omnes terminantur, quibus excrementitij humores omnis generis, qui morbi coniuncta cauſa fuerint, ex corpore toto, quam facile, & expeditè, foras erumpunt. Et quidem opitulante natura (ratione iam alias demonſtrata) per pharmacum, cui cum praua vis quædam, atque venefica, naturæ prorſus aduerſa, indita ſit, neceſſario dum illud aſſumptum noſtri caloris beneficio conficiatur, ex ipſomet eadem erumpit, vigetque adeo, quod merito naturæ facultas expultrix, velit, nolit, in oblatum ſibi noxium,

maleficumvè, excitata, inſurgat, illudque ne forſaſsè longius perſiſtens læderet, foras expellat, quo impetu euenit, vt quidquid vltrò præter naturam, & inutile, expulſioni paratum, vaſis communibus contineatur, idem ſimul, ſemelque, per id temporis, expellatur, indeque fiat malorum, & excrementitiorum humorum omnium, indifferenter, qui olim coniuncta morbi cauſa fuerant, perfecta purgatio, & ſanè hactenus ex toto, eiusque partibus, quatenus ſaltem ille ipſi toto conſentiunt, quod tum patentibus, tum occultis ductibus fieri contingit, dum tamen eo facultas expultrix excitetur, quo per pharmaci vim perueniat irritamentum, quod inſuper demoliendo humori ſufficiat, quippè pharmacum debile, in propinquo duntaxat, inque facilè labiles humores, operetur, validum verò etiam in longinquos, & renitentes ſuccos, impetum faciat.

Ad hæc autem, ex earum vacuationum numero, quæ & per ſe, & euidenter communia vaſa exhauriunt, eſt quam dicimus ſudationem, quæ prauos quoſuis ſuccos noſtro contentos corpore, calore iam pridem colliquatos, tenuesque, ac penè fluxiles redditos, ut ſpontè, ita arte, vel vna omnium corporis ductuum, ſpiraculorumque omnium eiuſdem laxitate præuia, opitulante natura, foras extrudit, adeo quod nil ſæpè ſudatione generoſius, corpori vniuerſo cacochimia

mia repleto expurgando, euenire poſſe videatur, ſi interea tamen externum quid poros obſtruens nullum ſit.

Namque vel corpore benè diſpoſito, illius ſcilicet laxatis, apertisque ſpiraculis omnibus (hoc autem aliquando ſolis frictionibus, quaſi calefacienti motu, per corporis ſumma confectis, aſſequi ſolet, etſi valdè largius, vno ambienti calidiore; vel quidem ſolo, vel per fouens balneum, conſequatur, quo non ſolum ſumma cutis tota rareſcit, ſed præterea etiam calore quomodolibet intro inſinuato, in omniaque diffuſo, corpus vniuerſum haud mediocriter reſeratur, laxaturque) vnius caloris inati beneficio, ſoloque, inter diſponendum, externo, internovè, ſublato impedimento, humores, quamquam reconditi, incaleſcunt, extenuanturque, ac adeo liquefiunt; quod demum ſponte, quaſi ros, foras, per ſummam cutim, abundè erumpunt. Verumtamen frequentius euenit, vt ad meliorem, copioſioremque ſudationem excitandam, internum ſaltem medicamentum, pro morbi cõditione, ſit neceſſariũ, quod puta aſſumptum, & per cuncta meabile, non actuali caliditate ſolum, qua præditum ſit, ſed & virtuali, alijsque demum attenuantibus, detergentibus, & aperientibus facultatibus, ſuccos omnes, quantumuis craſſos, in abditoque reconditos, attingens, coliquefaciat, extenuetque, vnde & quàm facilè hi digerantur, & ſecunda natura, per

patentes iam vias, poros nempe totius apertos, foras aptiſſimè effluant.

Vrinæ prouocatio, ſeu per vrinarias vias euacuatio ſequitur, quæ ſpecies euacuationis ad vniuerſum ſimiliter corpus pertinet, & euidens eſt, quæ inquam licet è ſolis venis colluuiem redundantem imprimis tollat, ex quo attamen in venas ipſas corpus vniuerſum terminatur, & in illas omniquaque confluit, qua via illud ex his perpetuo recipiens pabulum, eadem quoq; in eas redundans excrementum facilè reijcit, maioribus, patentioribuſque deſtinatis ductibus extra pulſurum. Ideoque ſæpe vel ad vnius vrinæ generoſitatem, & in ſubſtantia, & in contentis, abundantiam, fit vt non ſemel multitudine humorum morbos proximè fouentium hac ratione euacuata, in ſimul quoque morbi aliquot grauiſſimi euidentiſſime ceſſent. Quandocunque itaque ex arte vacuatio hæc, in cauſæ coniunctæ demolitionem, tentanda fuerit, ijs profectò vti opus eſt medicamentis, quæ vrinas ciendi facultatem habent, quibus inquam primum attenuandi, detergendique vis inſit, quæ porrò pro morbi natura, tum calida, tum frigida eſſe poteſt; in quibus deìn proprietas a tota ſubſtantia quædam reperiatur, per quam illa intrinſecus aſſumpta, vrinarios ductus commodè petant, & fluxiles iam penè factos humores ſecum quodammodo rapiant, foraſque perducant.

Et quidem talis vaſorum communium vacua-

tio

tio eſſe debet; iam qualis vacuatio, quæ ſingulis partibus conuenit, ex proprijſque earum ductibus celebratur, expendenda. Etenim corpus noſtrum multis partibus eſt conſtitutum, quæ vt particulatim nutriuntur, ita particulatim quoque ab omni colluuie expurgantur. Atque has omnes tribus potiſsimum ventribus contineri, ſuperiori ſcilicet, hoc eſt capite; inferiori, nempe abdomine, & medio, qualis eſt pectus, videtur merito medicis dictum, ex eo præſertim quod has ipſas ſuo quoq; ventri ſic contineri conſtet, vt quamquam inuicem omnes, veluti etiam ventres, vaſorum communium conſenſione quadam, communicent, attamen proprijs, & certis ductibus, ab omni colluuie potiſſimum purgari planum ſit, videlicet caput per nares, ſiue palatum, pectus per tracheam cum tuſſi, & demum abdomen per ſeceſſum, vomitumque. Quod cum ita ſe habeat, iure partis cuiuſuis, per ventris, quo continetur, commoditatem, vacuatio tentanda, proſequendaque eſt; verum tamen id inſtrumentis idoneis, & vt his natura ſecunda ſit omniquaque accommodatis. Vacuatio autem hæc purgatio erit, eaque per pharmacum ſolicitanda, quod pharmaco ipſo ſolum, vt dictum fuit, quæ coniuncta morbi cauſa cenſebatur, utpote iampridem uicta, & per coctionem ſuperata, adamuſſim è propria ſede dimoueatur, & foras erumpat; & quidem uel facultate irritanti, qua pharmacum poleat, uel alia quauis detergenti, ſeu

quomodolibet humorem alicubi coaceruatũ deturbanti, dum tñ illud debito modo adminiſtratum eam in actum proferat. Veluti caput purgiũ, quod manſum, vel gargarizatum, è cerebro, ſuperuacaneum humorem, per palatũ, in os, apertè deducit, id licet propius præſtet, ſi in nares immittatur, tunc quippè facilius, irritamento, vel deterſione, cerebrum humoris copia refertum deoneret; at ſi præterea ſternutamentum moueat, valdè magis, quod ita ſcilicet vehementer cerebrũ concutiat, & ad expellendum inuitet. Pectoralia autem medicamenta, credibilius eſt, per inſpiratos eorum uapores, ad cauitatem pectoris generosè peruenire, illisque, vt uirtus ineſt detergendi, ita pulmones bellè detergere, quamquam ea quæ ore detenta, ſenſimque liquata, deglutitaque, fauces leniunt, non parum commoditatis expurgationi per tuſſim afferre conſueſcere cenſeantur. Atqui inferno ventri expurgando, tum per ſeceſſum iniecta (addas & vterum, & veſicã) tum ore aſſumpta, apprimè congrua ſunt, quæ & detergenti ui ſolum aliquando prædita ſint, & quæ adhuc irritanti facultate donentur, verum ex his vnum, vel alterum, pro humoris conditione, & ſitu, magis aut minus opportunum eſſe, rem accuratius perpendenti fiet conſpicuum. At quamquam hac ratione inprimis, quæcunq; noſtri corporis partes per pharmacum, proprijs expurgantur ductibus, adhuc nihilominus illę ſæpè ſæpius aliũ euacuationis modum

dum expoſcunt,& ſanè inſtrumẽtis omninò alijs, certa ratione adhibitis, quibus etiam commodè coniunctà quæuis morbi cauſa inibi collecta ſola demolitur. Interdum namque fit, ut vel ex quo humor peccans, exuberansque, nequeat conuenienti temporis ſpatio, & abſque manifeſto partis detrimento, vijs conſuetis, expurgari; vel ex quo potius altè ita habitui partis inhęreat, vt penè impoſſibile ſit eum inde, proportionatis ingenijs, foras licet irritatum, expellere, ne ſcilicet longius eo loci perſiſtens, uel recrudeſcat, morbum refricaturus, aut deteriorem fortè conditionem adeptus, aliquid ualdè deterius ſit conſequenter producturus, fit inquam ut eum, alijs remedijs, inde mouere, diſſipareque, ſit operæ pretium. Sunt autem remedia hæc, aut quæ congeſtum humorem inſenſibiliter digerunt, ueluti ſunt, tum interna, tũ externa, quæ ſubſtantiæ tenuitate prędita, dum ui ſua intimius permeant, interea collectũ humorem extenuant, diſſipantque, & abſumunt, uel ſępè quoque attrahunt, extraque ducunt, ut ignea omnia, hisvè finitima; aut quę demum violenter per continui ſolutionem, quaſi fracto uaſe, quod cõtinebatur, manifeſtè educunt, ut per Chirurgiã fit. Verum tum ſitus partis, in qua humor expurgandus ſedem habet, tum peccantis humoris copia, atque conditio, requiſitam operis, & inſtrumenti qualitatem oſtendunt; etenim uel pars intus nimis latet, aut in extimo corporis collocatur.

Si qui-

Si quidem lateat (quocumque humoris uitio, ſiue qualitatis, ſiue quantitatis fuerit, exiſtente) chirurgicum opus, aliudue quoduis ipſi uicarium, nulla ratione patitur, quod illud eo nil uel minimum pertingat; contra ſi pars extima ſit, illius quamquam uires ualidæ ſint, (ualidæ autem ſunt pro partis præſtantia) humoris nihilominus inde, per chirurgiam, aut aliud ipſi finitimum, euidens euacuatio euitanda eſt, ubi ſcilicet digeſtio, vel in uapores diſſolutio ipſi educendo, diſſipandouè, ſuffi ciat. Sufficit uerò dum ille nequaquam multus, nec ualde craſſus, aut prauus fuerit; quippe multus difficile totus digeratur, craſſus dein, & prauus non omnino diſſipetur, quin pridem parti labem, & corruptionem inferat; unde tunc ut ille quam celerrime inde pellendus eſt, ita quodcumque remedium, etiam chirurgicum, pars libenter admittit. Siue itaque pars lateat, ſiue adhuc extima fuerit, ſemper nihilominus digerentium remediorũ uſum commodè patitur, quamquam nec idem remedium ubique, & quomodolibet ſimile, ſed pro ſitus diuerſitate varium, atque diuerſum eſſe debet. Nam dum humoris ſedes lateat, ut nec mediatè ſaltem, integris uiribus, in eam, remediorũ potentia perducatur, ijs ſolum uti remedijs eſt opus, quibus inſitus totius, & partium calor excitetur, uel foueatur; quod ut hoc uno calore imprimis, ita etiam plerumque ſolo, abſque artis ope, collectus quiſque ſuccus digeratur, diſſipeturque.

Reme-

Remedia uerò hæc, ad regimen uictus facile redu cuntur; quod quidem nutriat, & uires ita ſufficien ter conſeruet, ut ex eo nullum humorum ſequatur augmentum, at mauis quod inediæ, & ut dicitur, abſtinentiæ præſeferat imaginem. Interea tamen calidum in nobis augere aptum natum eſt, tum per ſe, uſu nempe eorum, quæ actu, ac uirtute, ſunt calida, tum per accidens, uſu eorum, quæ quomodolibet calorem excitare conſueuere, puta quia calori innato ex æquo ita reſpondeant, ut eundem foueant potius, atque reficiant, quam exceſſu aliquo turbent. Etenim calidum huiuſmodi, humorem quemuis congeſtum, quamuis craſſum, uiſcidumque attingens, extenuat, digeritque eo, & abſumit, quo tandem congeſtio ipſa in nihilum redigatur. Dum inedia attamen fauerit, ut dictum eſt, quæ quatenus alimoniam cor pori dari prohibet, ex qua reficitur quotidie, quod a calore, qui abſque paſtu eſſe nequit, continenter abſumitur, eatenus ſaltem per accidens, quodcumque diſſipabile eſt, digerit, & abſumit. Cæterum quod regimen uictus, hac ratione præſcriptum, uniuerſum reſpicit corpus, ne ideo illud par tis cuiuſuis leſæ cauſa tantummodo inſtitutum, cæteris ſit infenſum, iure, quale, quantum, & quã opportunè conueniat, ex dictis alibi, dum regimẽ victus ægrorum explicabamus, aduertendum eſt. Ad hæc autem, ſi ſedes humoris, quamquam lateat, in eam attamen remediorum potentia, inte-

gris uiribus, ſit facilè peruentura, nulli dubium, quin penè ſemper, remedia, quæ attenuandi, detergendi, aperiendi, tandemque digerendi uirtutem habuerint, ſint illi euidenter profutura. Namque hæc multiplicis quidem ſunt generis, uel ſpeciei, quod puta intrinſecus, & extrinſecus apposité miniſtrentur, uerumtamen omnia qua partium tenuitate donantur, ad intima permeant, humoremque ipſum quantumuis craſſum penetrant, attenuantque, ut è loco ille, deterſione, dimoueatur, tamdemque digeſtioni, quæ vnius potiſſimum caloris beneficio ſit, commodiſſimè cedat. Porrò autem ad hoc, ſi pars in qua humor collocetur extima fuerit, ex his ſufficient, quæ extrinſecus admouentur. Sin uerò intima ſit, ſed extimæ quadantenus conſentiens, utique intrinſecus adminiſtrata ſunt neceſſaria, atqui etiam tunc extrinſecus adhibita ſpernere minimè decet. Itaque cum præſidia huiuſmodi, ad exactè purgandas noſtri corporis partes, iure ex arte inſtituta uideantur, eadem meritò, diligenti ſtudio, ſemper, in cauſa coniuncta eradicanda, Medico curanti ob oculos eſſe operæ pretium eſt.

ATQVI

ATQVI IN OMNI OPERE, ET inſtrumento, ad eandem coniunctam cauſam extirpandam, iuſtam quantitatem deſiderari, probatur. CAP. XII.

ET hæc ea eſt qualitas, atque conditio, quæ medicamentis, ad certam coniunctam morborum cauſam extirpandam, adminiſtrandis, ineſſe debet, ſiue ex communibus totius, ſiue ex determinatarũ partiũ uaſis, expurgatio ipſa à Medico fuerit architectanda. Hac illamet igitur qualitate optimè cognita, obſeruataque, neceſſariò deinceps una, & euacuationis, & remediorum vacuantium quantitas (ut uacuatio ſufficienter, ſineq; errore cõtingat) præcognoſcenda eſt. Et quamquã eouſq; ſemper purgatio ſolicitanda uideatur, quouſq; ipſa coniuncta morbi cauſa funditus extirpetur, ne aliquando eius derelicta portio totius adhuc conditionem referens, ut illud omninò inutile, & præter naturam erat, ita hæc nunquam in unam corporis ſubſtantiam conuerſura, tandem tempore recrudeſcat, ſyncerosque humores, atque recens alimentum inquinet, adeo quod morbum penè ſuppreſſum denuo excitet, ægro ſcilicet in eundem recidente; etenim niſi hanc natura ſubactam ſpontè expellat, nulla quãtumuis exacta uiuendi

lege, tutus à morbo æger eſſe poteſt, nam tametſi purgatione leuatus appareat, in priſtinam tamen ualetudinem recidet, modo citius, modo tardius, alias leuius, alias grauius, pro humoris copia, conditioneque, ac uirium ſtatu. Quamquam itaque coniunctæ cauſæ morbi euacuatio tanta conueniat, interea nihilominus virium deſideratarum tolerantia ſummopere præmeditanda, quando ſine ea, perperam, immo nocenter, pharmacum purgans, quantumcunque copiæ reſpondeat, adminiſtretur. Ergo vbi iam decretum ſit, communia vaſa, per ſeceſſum, pharmaco ſoluenti, ab omni coniuncta morbi cauſa, fore purganda, ideoq; opere huic apposité præſcriptum medicamentum ſit, equidem quidquid illius ineſt id funditus ammouendum, cęterum in ſimul, ut ratio uirium habeatur, non quid vniuerſim, an partitè, illud proportionato medio proſequi liceat, neceſſarium eſt examinare, examinandum uerò ex ijs iam pridem habitis coniecturis, de quibus nos, cum de cauſæ antecedẽtis demolitione loqueremur, abunde ſermonem habuimus, vbi ſcilicet tum roboris virium validitatem, tum humoris peccantis quantitatem; tum demum pharmacum adminiſtrandi menſuram adamuſſim prænoſcendam, certis regulis, iudicabamus, quamuis hic vbi de coniuncta morbi cauſa è loco pellenda eſt intentũ, quod per morbi, ut plurimum declinationem proſequendum eſt, ueritas rei certior, tutiorque omninò ſit.

nò ſit futura, dum præſſius per id temporis, quatenus uires ipſę, poſt anteactum belum cum morbo, vigeant, æſtimentur, & inquam, ut omninò peccans humor depopuletur, illis tamen tunc, ſi fieri poſſit, quamminimum offenſis, ut porrò deinceps corpus facilè per eas inſtauratum, priſtinęque integritati reſtitutum, præcedentis morbi recurſum, vel noui alterius imminens periculum, prorſus effugiat. Sed poſteaquam artificis cuiuſque ſummum eſt ſtudium, quorſum opus euadat, animaduertere, utilis ne ideo perfectavè iam ſit per pharmacum facta purgatio, an contra attendendum eſt. Certè, quæ integrè leuat, aut perfecta, aut mediocris eſſe ſolet. Perfecta eſt, quę humoris nihil reliquum facit, mediocris verò, quæ inſignem duntaxat illius portionem exturbat, etſi demum repetita, ipſi perfectæ, ex æquo, reſpondeat. Signis autem hę diſcernuntur. Atqui primum ex humoris toleranter deiecti quantitate. Secundo verò, ex ipſiuſmet ægri leuamine manifeſto. Quantitatem ex deiectis agnoſcimus. Sed cum interuacuãdum nulla ferè eorum, quę in inteſtinis exuperant, habeatur ratio, puta quod horum ibi ſemper multa quantitas ſit, niſi quatenus his magna, vel parua eorum admiſceatur copia, quæ exuperaſſe, & morbi cauſam fuiſſe coniectura fuerat, nempè bilis, pituitæ, melancholiæ, aut alterius, iure meritò, licet deiectorum multa fuerit quantitas, adhuc tamen pręſſius eorum ſubſtantia,

ſtantia, atque color, contemplandus eſt, ita namq; peccantis humoris inſimul expurgati copia (niſi aſſumptum medicamentum impediat) magis fiet conſpicua. Alia quidem eſt ſubſtantia bilis, & alia pituitę, vel melācholię; rurſum alius eſt vnius ex his color, & alius alterius. Itaque dum coniecturis horum bellè præcognita copia ſit, ex eis facilè, ne mediocris, vel perfecta ſit euidēs per pharmacum facta purgatio, colligetur. Verumtamen ægrotantis leuamen euacuationis ſufficientiam euidentius docet, namque etiam ſi qualia oportebat, ſed pauca admodum inter purgādum exierint, & quibus laborans nō apertè leuatum ſe percipiat, nō magnoperè certè talis uacuatio æſtimabitur. Si verò noxij humoris copia maiori detracta, ægrotus ſe ipſo multò leuior ſit, ea tunc manifeſtè utilis eſt. At, ſi plurimo humore, hoc eſt quantitati peccantis ęquè reſpondente, ſeu uniuerſe euulſo, laborans æger, non leuiorem modo, ſed ab omnibus quibus affligebatur malis, ſeſe prorſus uindicatum, ſolutumque ſentit, iam perfecta cenſebitur euacuatio; quia tunc mali cuiuſuis fomite funditus extirpato, laborantis vires apertè reſurgent, & ſeſe obeundis naturæ muneribus inſeruientes aptè reficient. Et quamquam plerumque veriſſimum eſt, humorem agitatum periodis conquieſcere, aut ſaltem morbum, perſiſtente intus cauſa, ſpontè ſe remittere, ac tum laborantem ſe morbo iam expeditum opinari, opinio hæc nihilominus

lominus vana eſt, quia nunquam tuta, quæ citra euacuationem obtigerit mali à repletione nati leuatio, puta quod ſine ratione facta cenſeatur; adeo quod purgatio per ſeceſſum, quæ perfecta cenſenda eſt, non modo ex ſedatione mali, roborisque refectione, ſed maximè adhuc ex eorum quæ deiecta ſint, tum conditione, tum copia, æſtimanda eſt.

Euacuatio verò, quæ per ſudores ab vniuerſo corpore fit, quibus uis illa excitata ſit ingenijs, debitam ſemper menſuram ſibi præſcribi deſiderat; quando licet quod exundat, per cutis poros foras commodè euocetur, attamen cum interea relaxata ſumma cute, effundantur etiam ſpiritus, & unà diſſipetur calidum innatum, quo facultas omnis, ac vita, continetur, hinc meritò fit, vt maturius ſemper, tum opere, tum inſtrumento, inter prouocandos ſudores ſit procedendum, atque licet pro humoris copia, ſudatio ſit procuranda, per unam tamen uirium tolerantiam, illa menſurabitur. Et ſanè, non ex his ſolum, quæ vniuerſim aliàs diximus obſeruanda, inſuperq; facta comparatione præſentium uirium cum præteritis, per ſanitatem proprijs, vt faciendum iam iudicabamus, ſed adhuc magis, ex illis, quæ ſudationi aduerſari eſt conſpicuum, inter quæ dubioprocul ſunt, Partis aliàs laborantis conditio, quæ per ſudorem fortaſsè rurſum peſſimè afficitur, ad eam ſcilicet aliunde vocatis

X humori-

humoribus, ut non raro contingit. Vniuerſus inſuper ægrotantis habitus ſiccus nimis, tenuisque, & qui præſertim facilè diſſipatur, ac languet, maximè verò illius, qui per antecedentem morbum conſumptus valdè, & reſolutus extiterit. Et quidem potiſſimum per morbum calidum, ſiccumque, ne vt ille facilè in extremos languores perductus, præterq; rationem inflammatus, ita malo ſuo maximo, difficilimum poſtea incurrat inſtaurationis impedimētum; quò caſu (dum ſudatio valdè cenſeatur neceſſaria, veluti certè eſt, dum pellendus humor à vijs latioribus diſtet) nō niſi poſt refectas vires, temperiemq; aſſequutam, blandè, & leniter, perque epicraſim, tractandus æger eſt, & eo magis, quod epicraſis inter ſudandum naturæ ſit maximè propria, quippè nunquam illa omnem humorem vna ſudatione expellat, ſed pluribus, illisque etiam interpolatis, vt longa obſeruatione comprobatum eſt.

Sequitur euacuatio per vrinam, quę & vniuerſalis eſt, & ſanè etiam modum ſuæ quantitatis exoptat, nec temere proponenda eſt. Etenim redundans humor ex corpore vniuerſo coliquatus, foras per vrinā poteſt erumpere, at pro eiuſdem humoris copia, magis aut minus per vrinam euacuatio ipſius tentanda eſt; ne temerè autem proponatur, virium tolerantia attendenda, quando licet copioſam ſatis hanc illæ, quantumuis debiles, commodè ferant, quod ex ea illæ parum fatigari videantur,

tur, nihilominus vt per ſudores coliquatur vniuerſum, ita per vrinas illud ad tabem vſque aliquando deducitur; ne labefactatum ergo, eneruatumque nimis corpus, ex præcedenti malo, in ſimile (quamquam raro obſeruatum) incidat detrimentum, non ab re erit, cautè, debitis inſtrumentis, ad opus deuenire. Sed de virium tolerantia vniuerſim ita ſit dictum, quoniam adhuc particulatim ea eſt perpendenda. Conſiderandum enim quantum, & quàm benè partes omnes huic vacuationi inſeruientes pro ratione conſiſtant; hæ ſiquidem partes vbi ſecundùm naturam ſe habeant, cómodè euacuationem tolerabunt; ſed ſi præter naturam affectæ ſint, proculdubio, ſi per eas tentetur euacuatio, ægrotantis detrimento maximo, labefactabuntur. Vt igitur tuto medicina ſuccedat, vbi concurrant quæ urinam requirunt, cum his quæ ipſam minimè tolerant, pro quanto certè in quoque ſit ponderis, æſtimanda ſunt, ſenſimque procedendum, vel demum etiam ab opere abſtinendum, ſi videatur.

Ita quidem tum operis, tum inſtrumenti, ad communia vaſa purganda, inſtituti, decernenda quantitas eſt, ſed vtriuſuis, ad peculiaria vniuſcuiuſque partis vacuanda vaſa, eadem penè etiam ratione, debita quantitas ſit cóſpicua. Namque tum humoris vacuãdi copia prænoſcenda, tum virium partis robur præmeditandum; hinc quippè duntaxat, nec aliunde, & operum, & inſtrumentorum

omnium regula habeatur. Siue igitur venter primus, nempè caput, ſiue ſecundus, puta pectus, ſiue demum tertius, ſcilicet abdomen, proprijs inſtrumentis ſit à coluuie expurgandus, ſemper humoris purgandi copia primum, robur deinde partium ſuo uentri contentarũ, uacuationiq; præſertim ſeruientium, præcognoſcetur. Etenim verum eſt, quod humori multo, vacuatio magna, illique ſufficiens inſtrumentum deſideratur. Verumtamen certum eſt, aliquando partes ipſas debiles eſſe, ut puta morbis afflictas, quamobrem, quin ulterius affligātur, medicamentis irritari difficilè poſſe; quoties itaque ex adhibito medicamento, deterioris earum conditionis euaſuræ ſuſpitio ſit, toties vtiq; vel ab opere, & inſtrumento abſtinendum, vel quatenus ſuſpitio minor fuerit, opus audētius aggrediendum, uſquequo tandem per manifeſtũ partium earumdem robur, ad opus integrè proſequendum, liceat medicamētis uti deſideratis. Ad hæc autē quoties partes corporis, remedijs ad expurgandum cōſuetis, uacuari nulla ratione queāt, Sed Chirurgiam potius, vel digerentium medicamentorum uſum expetant, profectò, iuxta aliàs in ſuperioribus annotata, ſi de opere, inſtrumentoq; Chirurgico, in extima corporis parte exercendo, ſermo ſit, tunc primum ex humoris copia conſtat, quonam uſque opus, debito inſtrumento, proſequi ſit operæ pretium, vt nempè totus qui afficit humor foras erumpat. Deinde autem ex uirium

partis

partis robore decernitur propius, an ſimul, & ſemel, an mauis paulatim, & ſenſim, integrũ opus, ob unam factam ſpirituum diſſolutionem, ſit abſoluendum, aut ne quidem minimum aggrediendum. Sed hoc ipſum robur, ex cõſtitutione partis, indicatur, ca qm̃ per morbum ſępè talis eſt, vt nuſquam Chirurgiam aptè ſuſtineat, utpotè quæ non parum ultrò uires ipſas partis infringat. Contra, ſæpè eadem talis eſt, ut Chirurgiam optimè, & utiliter, ſed modo recto inſtitutã, ferat, ueluti prudens Medicus bellè agnoſcet. Cæterum, ſi per digerẽtia moliri vacuationem oporteat, ueriſſimũ eſt ea tanta eſſe debere, quanta digerendo humori ſat eſſe ualeant, inſuperque quanta uires ipſæ ferant. Sat autem medicamenta hæc ualere credi par eſt, uel intenſiuè, uel extenſiuè, (quod aliàs expreſſimus) uel ſcilicet quatenus ipſa multos, aut paucos actiuitatis gradus habent, uel quatenus eadem maioribus, aut minoribus partibus ſubiecti, in quod agunt, ſeſe communicare poſſunt; quorum certè primum ineſt medicamentis per ſe, & à natura; ſecundum verò non item, ſed ex accidenti, qua ratione longius, aut breuius in agendo hæc perſeuerant, adeo quod licet ex his validiora aliqua ſua natura ſint, & aliqua minus, tamen uel una ferè ſemper actionis duratione, quæ imbecilliora ſunt ualidioribus ex æquo reſpondent. Verum, quanam ratione medicamenti quantitas conueniens ſit, dubio procul

partis affectæ ſedes,eiuſdem q̃ue, & ipſi cõſentien tium aliarum, tolerantia docet. Porrò cum pars intrinſecus, & extrinſecus collocetur, meritò, vt medicamẽti virtus ſedem humoris attingat,quantitas proportionata virium medicamenti deſideratur. Si enim intrinſecus adhibeatur,quia ſedes ipſa ſit intimior, non dubitandum quin & intenſiua, & extenſiua quantitas virium expetatur. At, ſi aliàs res ſe habuerit, ſufficit extenſiua, ne intenſionis exceſſus, vtputa nimius, fortaſsè lędat. Si verò extrinſecus miniſtretur, ſolius tunc medij, cutis ſcilicet, denſitas, & craſſities cõtemplabitur, quoniam per denſitatem, atque craſſitiem,non ſola extenſiua ſat eſt, ſed adhuc ad promptius penetrandum requiritur intenſiua; at per raritatem, ac tenuitatem, ſufficit extenſiua,quod intenſiua,quę modum exceſſerit,nõ digerat,ſed condenſet, viaſque obſtruat, & diſſipatis partibus tenuibus, craſſas magis condenſet, rebellesque omninò reddat. Interea autem tolerantiæ partium, tum affectarũ, tum illis conſentientium, ratio habenda eſt, quatenus puta aliàs,vbi de alterantibus loquebamur, à nobis eſt explicatum. Et ſanè hac, remediorum digerentium, per euidentes coniecturas, conſtituta menſura, vt quilibet collectus in quauis parte humor demolitur,diſſipaturque, ita nunquam ex ea earundem partium viribus inferri moleſtia cõſueuit; quod equidem tum peccantis humoris quantitati,ita ex æquo reſpondeat,ut illi met diſſi-

pandæ

pandæ iuſtè ſufficiat, tum quoque partium omnium, mediatarum, vel immediatarum, conditioni ita conueniat, vt idcirco viribus earumdem futura nunquam ſit aduerſa.

DE OPPORTVNITATE OPERVM, rectoque vſu inſtrumentorum, ad cauſam coniunctam ex arte funditus abolendam, diſſeritur. CAP. XIII.

SED opportunè agenda ſunt omnia, ne intempeſtiua operatio ægris detrimentum importet. Quare ſi cauſa coniuncta, per ſeceſſum, pharmaco, vacuanda ſit, ſanè tunc opportunitas ſtatuenda primum, ex qua humor, qui hæc ipſa cauſa eſt, palàm vaçuandus indicetur. Cæterum, dum vacuatio huiuſmodi à uiribus toleretur, à uirium inquam, tum vniuerſi, tum partium, ipſi uacuationi deſeruientium, robore, veluti cum de antecedentis cauſæ uacuatione ſermo erat nos etiam dicebamus. Hæc ſiquidem tolerãtia neceſſaria adeo ſit, quod præter eam pernitioſiſſimum ſit quamuis euacuationem aggredi: vnde vt illius occaſione vacuatio affatim, & tutò plerumque ſuccedit, vel mauis ſenſim, & paulatim duntaxat tentanda eſt, ut pedetentim refectis viribus, cautius, ac tutius ſuſtineatur, ita eademmet tolerantia ad uotum ſe habenti, humor ipſe, qui cauſa morbi coniuncta fuerit, dum appoſitè confectus, ac iudicatus exti-

terit, opportunè per pharmacum pellendus indicabitur. Verum, vnde tolerantia hæc ſufficienter dignoſcatur, alibi latius expreſſum eſt. Sed ne humor ipſe, cauſæ coniunctæ rationem habens, iam tuto vacuandus ſit, ex his certè conſtabit, ex quibus optima eius ad vacuandum diſpoſitio euidenter colligetur, ex demonſtrantibus inquam eum iam tum propria, tum impropria coctione elaboratum, ſuperatum, in modumque redactum fuiſſe, ut nec morbum ſeruare amplius ualeat, nec item ultrò detineri, ſed omninò uacuationi accommodatus cenſeatur, quia puta conditionem eam ſit adeptus, per quam ipſe inutilis, excrementitiusque, & perinde facultatis pellentis beneficio uacuandus, atque ita etiam fluidus, expulſioni commodus, æſtimetur. Porrò, ex humore ita ſe habenti, ne recurſuri morbi periculum præſtò ſit, opportunitas euacuandi per pharmacum aptè deſumitur, & quidem meritò, quando tunc tutò, & facilè euacuatio ipſa ſit ſucceſſura; quippè iam coctio omnis, tam propria, quàm impropria, omninò præceſſerit, per quam humor uacuationi aptus adamuſſim euadit.

Ex morbi uerò temporibus, quod huic moliendo operi aptum, & commodum cenſeatur, illud ſine dubio declinationis eſt. Per id temporis enim, dum ipſa tolerantia adſit, omnis deſiderata pellendi humoris diſpoſitio, & aptitudo præſtò ſit, poſteaquam morbus, unà cum ſimptomatibus,

matibus, tunc omnino depreſſus, & penè diſſipatus exiſtat, ut neceſſariò cauſam proximam eius iam quoque uictam, ſuperatamque fateri ſit operæ pretium, quippè niſi crudeſcente ea, eaque urgeſcente, morbus ipſe, cum ſimptomatibus, uigeat.

Per idem ergo declinationis tempus, cum tum caloris innati ui, humor qui proximè morbum faciebat, coctione propria, confectus uideatur, ita ut tum ab omni utili, & bono, ſecretus, ac excrementitius iudicatus ſit; tum prætcrea eiuſdem quidem caloris inſiti beneficio, uerum adhuc etiam auxiliorum artis ope, per impropriam coctionem, ſit omnem eam adeptus ad pellendum diſpoſitionem, cuius defectu ita fortaſsè uacuationi ineptus erat, ut nondum emendatus, ferè impoſſibile fuiſſet eum foras educi, quod nempè tunc licet etiam iudicatus, ſi in uenis collocetur, adeo utili humori permiſceatur, illique hęreſcat, ut deturbari ſolus per delectum nequeat, aut licet iam ſegregatus, & in uijs primis ipſe reſideat, adhuc tamen infarctus ita, renitens, atque rebellis eſſe conſueuerit, ut cum per initia educi totus pharmaco non potuerit, credibile ſit illum magna inhabilitate donatum, non niſi diuturna caloris innati opera, per ſummam elaborationem, aptum fluidum nempè redi, & uacuationi paratum. Atque, omnia hæc, cum per uenæ declinationis tempus bellè facta ſint, iure

per id quoque,non pellente natura, Medicus peccantem humorem omnem proximè morbum efficientem, utpotè iam uictum, ſuperatumque, pharmaco, & tuto, & vtiliter pellet. Non nego ab initijs etiam morborum, per augmentum, ad ſtatum totum vſque,multas cauſæ coniunctę partes,ſucceſſiuè,coquentis facultatis beneficio, confici, ac demum concoqui,attamen ſine dubio ſemper, cruditas omnis generis, per ea tempora maior, & vrgentior eſt, ut penè parua, aut nulla, coctionis habenda ratio videatur. Quod cum ita fuerit,nulli omninò dubium,quin per morbi declinationem, cauſæ coniunctæ vacuatio, pharmaco ipſo,ſit à Medico aggredienda;quando tunc potiſſimum, & nunquam aliàs, ea huic uacuationi commoda, promptaque, cenſeatur,& ſit. Fateor quidem per morbi initia,& toto quoque augmento (in ſtatu enim nihil agendum eſt) dum antecedens demolitur cauſa, aliquid etiā coniunctæ per pharmacum ſæpè demoliri,ſi pręſertim ipſa in prima corporis regione ſedem habuerit;vt & p phlebothomiam,ſi in ſecunda regione ſteterit; ij ſdem attamen temporibus,data opera, & inprimis pharmaco, cauſæ eiuſdem coniunctæ omnem aggredi euacuationem,& perperam eſt, & abſurdū, quod inquam ob inhabilitatem inditam illi, ut dictum eſt, non ſequutura, & colliquaturum potius corpus ſit, atque ab omni recto, ordinatoque opere natura interim deturbatura ſit,maximo ægrotantis

tis detrimento. Si quo igitur morbi tempore ex arte tentanda per pharmacum cauſæ coniunctæ eradicatio eſt, ipſa declinatione morbi ſemper tentanda eſt. Vtrum modo perfecta expectanda totius peccantis humoris coctio ſit, an quouis potius eiuſdem declinationis momento, cum adhuc etiã coctio aderit imperfecta, conceſſum ſit pharmaco vti, quæſtione dignum eſt. De ea tamen ita cenſendum, ſi morbi motus, mosvè, talis omninò ſit, vnde temporum eius diuturnitas arguatur, vt & declinatio ſimul cum cæteris longa futura ſit, tũc proculdubio, ut per epicraſim humor coquitur, ita neceſſariò per epicraſim euacuandus eſt, nec exacta omnium partium eius expectanda coctio eſt. Etenim cum ſępè propter partium huius differentiam, & varietatem, certũ ſit, ex his unam facilius, & citius, alteram difficilius, & tardius à natura ſuperari, quod ipſa quoque res manifeſtè demonſtrat; meritò ſi accidat, ut humorum euidens, & notabilis portio, iã perfectè cocta fuerit, quid eſt, quamobrem ſtatim illam non deceat vacuare? cum enim iam cocti ſint, ac proinde ad purgationem idonei, non ſolum fruſtra, ſed etiam non ſine periculo uidetur poſſe diutius in corpore detineri, quippè non ſine manifeſto recrudeſcentiæ periculo purgatio tunc differatur; quod periculum ſi nullum ſit, vtique nullum unquam purgantibus medicamentis opportunum fore locum fateamur neceſſe eſt, ſiquidem cum niſi perfecta totius

totius coctione, purganti pharmaco uti ſit conceſſum, perfectaque coctione nullum fuerit recrudeſcentiæ periculum, ſequitur neceſſariò, ut neque tunc, & perinde nunquam pharmaco uti ſit conceſſum. Neque obſtat, quod plerique fingunt, ideo nempè ante perfectam totius coctionem nullo modo permitti pharmacum, quod nuſquam ſit opinandum illud ita prudenter, & temperatè in coctas partes agère poſſe, vt cæteris, quæ adhuc crudæ ſunt, nulla confuſio, nulla uis inferatur, poſteaquàm pharmaci proprium eſt, coctioni uim facere, eam perturbare, peruertere, tum futuram remorari, & reddere difficiliorem.

Quandoquidèm hoc ſolum habeat veritatem, crudis partibus coctas longè ſuperantibus, tunc ſiquidem non dubitandum, quin leui ex cauſa, vel puta adhibito pharmaco, quod tunc fortaſsè coctum iam facilè recrudeſcat, non autem longè ſuperantibus coctis, vt in declinatione morbi euidenter ſuperant. Atque, hæc vera cum ſint, profectò vlterius quærenti nunquid ipſamet coctio per totum morbi progreſſum, à principio nempè per augmentum, ſtatumque in declinationem vſque, aliquibus artis ingenijs adiuuari, accelerarique valeat. Facilè iuxta iam à nobis alibi expreſſa, vbi de ſeruandis viribus ſermo factus eſt, reſpondere licet, & licere, & poſſe. Namque, vt coctionis omnis inſitus noſter calor, auctor, &

opifex

opifex eſt, calor verò ſpiritibus conſeruetur, & vigeat, ita dum ſpiritibus ipſis, ipſiſque demum calori ex arte fauor accedat, coctioni quoque fauorem adeſſe neceſſe eſt; ex multiplicata autem ſpirituum ſubſtantia, per conuenientem nutritionem potiſſimum, fauor, vt dicebamus, accedit; accedit inſuper ſublatis omnibus, tum contingentibus, tum neceſſarijs, vnde vel oppreſſio, vel reſolutio ſpirituum, & caloris, contingere poteſt; ijs quin etiam omnibus perquiſitis, amplexiſque, ex quibus ijdem ſpiritus, vnà cum calido, vel primo, atque directè, vel ſecundo, & indirectè, foueatur; veluti nos dum conſulendum viribus diceremus, ex arte id faciendnm demonſtrauimus.

Verum, quod inter adminiſtranda hæc, ſemper futuræ euacuationis ratio maxima habenda eſt à nobis, ſanè meritò, vt ea ipſa vacuationi futuræ proſint, nec quidquam officiant, illorum vtique ſpecies, & virtus, atqui potiſſimum quantitas, & opportunitas accuratè perpendenda eſt, non vt quidem ſimpliciter, tolerantiæ, & exceſſui, reſpondent, vt dicebamus, ſed maximè, vt humori vacuando, perindeque fœlicitati vacuationis eius optimè faueant. Etenim, cum ad fœlicitatem hanc ſpectet, vt qui euacuandus ſecundùm naturam humor eſt, ille citò, tutò, & iocundè, euacuetur, talis autem humor per morbum (occaſione ſaltem etherogeneitatis eius) vt

pluri-

plurimum, ita craſſus, & viſcidus ſit, vt ex ſe ipſo vias ſibi omnes impediat, & ſui demum fęlici futuræ demolitioni impedimẽto ſit, iure dum conficiendo huic, coquendovè, nos, alterantibus, & incidentibus potiſſimum, ac detergentibus ingenijs, incumbimus, vt tandem inquam ille fluxilis redditus, dein nuſquam vltro quã par ſit firmius ſuis hęreſcat vaſis, neq; rebellis ſit, ſed optatæ cedat vacuationi, attendendum omnino eſt, vt dum vnum craſſitiei, & viſciditatis incommodum tollimus, minimè aliud, & fortaſsè deterius, ei ſuccedat; ſuccedere autem facilè poſſet, neglecta incidentium, & detergentium quantitate, & opportunitate, vt dictum eſt. Sunt enim attenuantia hæc, & detergentia, ſpeciei multiplicis, calida ſcilicet, frigidaque, exceſſui puta cuiuis ex æquo reſpondentia, quæ & multiplici forma pro neceſſitate adminiſtrantur. Attenuant porrò quæ intrinſecus præſertim exhibita, partiumq; tenuitate donata, craſſum, & concretum humorem altius intro ſubeuntia ex in illum extenuant, & in minimas redigunt partes; Quod & extrinſecus ſæpe adhibita idem præſtare poſſe videntur, dum calefaciendo, humectandoque, quod nimis fortaſsè craſſum intus latet, emolleſcit, & colliquatur. Detergunt uerò, quæ poſt partium tenuitatem ad penetrandum accomodatam, quadam adhuc acrimonia prædita cum ſint, vi ſua, attenuatum iam humorem, quaſi ſordem vijs hęrentem, luculen-

tet

ter abſtergunt, & eluunt; Quamobrem licet pro qualitatis peccantis exceſſu, & virium tollerantia, omnia hæc tum validiora, tum minus valida, intercurandum, congruè decreta videantur, attamen eorūdem m, per omnia morbi tépora, indifferens vſus non parum obeſſe ſolet. Siquidem ex his, intrinſecus aſſumpta, & validiora, cum ab ijs, quæ per vrinas, ſudoresq; mouent, parum diſtare certum ſit, ſi prioribus morbi temporibus, crudis adhuc exiſtentibus ſuccis, adhibeantur, profectò tunc ſegregatos, & penè quietos humores coctionem expectantes commouebunt, perturbabuntq; ita, vt ab incępto coctionis opere ipſi penitus diſtrahantur; rurſum verò impetu quodam nimio, eos comminuent, in tenuiſſimamq; ſubſtantiam verſos, per anguſtos quoſq; ductus, in occultas etiā corporis latebras manu quàm facilè ducent, ibiq; vel nouum genus mali procreabunt, vel ſaltem inde non niſi difficilè medicamentis educi aliquando valebunt; talia enim, & deteriora parit excellens, & intempeſtiuus internus attenuantium, & detergentium vſus. Atqui mediocris, ad morbi ſtatum vſq; opportunus, & vtilis eſt, cum ſenſim, & paulatim agat, atq; dum calori innato fauet, interea ſic humorem extenuet, quod vt cōminutio carnium ad elixationem, ita extenuatio ad coctionem maximè faciat. Cæterum declinante iam morbo, humoreq; ipſo iam plenè concocto, aliud fortaſsè cenſendum, tunc etenim pa-

rato etiam magna ex parte humore, eoque fluido reddito, nihil impedit quin vacuatio eius per pharmacum, ſi non integra, ſaltem partita celebretur; ea autem celebrata, ſi videbitur opportunitati congruum, tunc tutò humorem viſcidum, & craſſum nimis, ideoque rebellem, valentioribus attenuantibus, & detergentibus, præparare licet; non ſanè prius, ob iam adductas difficultates, quæ etiã per hæc ipſa tempora vigent, ſi præſertim tunc humoris nõ paucum in vijs vacuationi peruium ſtare certum ſit, quando validiorum iam dictorum medicamentorum vſu, tunc, magno totius puri ſanguinis maſſæ coinquinamento, & ægri damno non leui, in venas deportari facilè poſſit. A leuioribus itaque, hoc ordine nos inchoantes, fœlicem ſemper vacuationem obſeruabimus; inde quippè non tantum humores ipſi fluidi, benèque diſpoſiti futuri ſint, ſed & viæ per quas in ſeceſſum illi deriuandi ſunt omnes, liberæ omninò erunt, & expeditæ, nec harum obſtructione, humores pharmaco concitati conſiſtent, & corpus, iactatione multa, uel damno grauiori, denuo fatigabunt. Et de internis medicamentis coctioni fauentibus ita ſit dictum. Reſtarent externa non minori cautione adminiſtranda, ſiquidem cum ea calida, & humida ſint, perindeque temperie quadam calori idonea, ſi forſan, exceſſerint, quoniam laxent, roburque partium facilè diſſoluant, & adhuc ſi peccantis humoris copia vrgeat, eam

promptè

promptè digerere, & huc, atque illuc, per corporis vniuerſum diſtrahere, magno ægri damno, apta ſint, meritò per morborum initia, in ſtatum vſque, nimius eorum vſus, vt internorum attenuãtium, per eadem tempora, noxius futurus eſt; horum immo magis, quoniam, cum vires laxando diſſipent, ne ideo partes naturales aliquæ, tum coctioni, tum purgationi deſeruientes, per ſe tunc ſatis afflictæ, vlterius exceſſu eorumdem nimio affligantur, diſſoluantur ſcilicet, & debilitẽtur, operę ſanè pretium eſt, per ea tempora, illis vel abſtinere, vel quadantenus adſtringentibus, & roborantibus admixtis, modum imponere; neq; etiam licet manifeſta iã morbi declinatio, & humorum coctio pateat, ad excellẽtiora ex his tranſeundum eſt vnquam, niſi præuia copiæ vrgentis diminutione per pharmacum celebrata.

Iam locus eſt, vt de opportunitate eliciendi ex arte ſudores, vrinasq; prouocãdi, ſermo ſit, quamquam etenim in omni morbo, qui ex repletione contigerit, à principio, in finem vſque, harum vacuationum vtraque vtilis ſæpè eſt, quod ferentibus viribus, repletioneque vrgente, idonea ſemper vacuatio proſit, attamen dum ex arte nos, per ſudores, vrinasvè, corpus vniuerſum iure vacuandum ideo iudicauerimus, vel quod per vias ſudori, & vrinæ congruas, humoris nocentis reliquum perfectè demolituri ſimus, uel quod etiam per eaſdem vias, nobis operantibus, natura magis ſecun-

da futura ſit. Profectò id duntaxat morbi tempus opportunum cenſebitur, quo humor & confectus, victuſque ſit, & præterea bellè paratus extiterit, humor inquam qui in ſecunda corporis regione contineatur, quoniam qui in prima reſidet, etſi ſpontè plerumque, ſola naturæ induſtria, occultis, latentibusque ductibus, hac ratione, pellatur, propius tamen per ſeceſſum, puta in quem, regio illa, breues, & patentes habet ductus, eijcitur. Atqui tunc coctus, & bellè paratus humor eſt, cum cęperit iam malum à natura vinci, ac ſuperari, ita vt iam pateant manifeſta eius declinationis indicia. Namque, ſi vigentę adhuc malo, crudiſque, & imparatis exiſtentibus ſuccis, tum vrina, tum ſudor, validis detergentibus, aperientibusque medicamentis, qualia ad id ritè præſtandum conuenienter deſiderantur, irritetur, præterquam quod incaſſum labor aggredietur, & ægri damnum grauius hinc contingere valeat (vt in ſuperioribus diximus) amplius tunc perperam agitatis humoribus, euidens periculum eſt, ne cauſa coniuncta, ex antecedenti, valentius creſcat, illa nempè fluxiliori reddita, in hanc copioſius decumbenti, ex eoque æger in deterius proficiſcatur. Quod ſi ſpontanea interdum, toto progreſſu morbi, talis obſeruetur expulſio, ſiquidem illa tunc (vt alibi diximus) non irritanda, ſaltem, dum vtilis ſit futura, non intercipienda, ſed permittenda potius eſt. Cæterum, nec per morbi declinationem ſimpliciter,

ret, ex arte, ſudores, vrinamvè, medicamentis, prouocare conceſſum eſt; ſi quando potiſſimum peccantis humoris copia, quamquam bene diſpoſita, ſtet tamen adhuc, necdum illius ſufficiẽs per pharmacum diminutio euidenter præceſſerit; ne porrò cum remedia hæc, ſudorem, vel vrinã prouocantia, longè, lateque nimis, corpus vniuerſum permeare ſint apta, adhuc vigente copia ipſa, eaq; in uaſis communibus, quibus iam detinebatur, ex ſe, aut per coctionem, ſecreta, inde ſcilicet foras aliquãdo expulſura, tunc perperam eandem copiam è loco moueant, hucque, & illuc, per vias anguſtas, altius in corpus vniuerſum deferant, ut hinc neceſſariò purgatio eius difficilior euadat, vnde non recidiuæ ſolum, verum & nouorum morborum, atque ſimptomatum occaſio promptè ſuccedat. Hac ipſa autem humoris peccãtis, cauſæ coniunctæ rationem habentis, copia, ſufficienter per vias idoneas, expurgata, ſi quid illius reliquũ fuerit, quod vt funditus euaneſcat, tum ſudores, tum urinas, utiliter admiſerit, ſine difficultate, immo de neceſſitate, medicamentis idoneis, ſudores ipſos, vrinasvè, tentare conceſſum eſt; tanta ſiquidem, ut ſudorum, vrinævè prouocandæ recta occaſio adſit, meritò ex arte ſunt præcauenda.

Et quidem omnia hactenus dicta deſideratę opportunitatis occaſione prærequiruntur, dum cauſam coniunctam in communibus totius uaſis reſidentem, iam nos demolituri ſimus. Atqui, ea-

dem in ſingula quaque corporis parte ſedem habente, indeque illam nos, proprijs ductibus, medicamẽtis idoneis, deturbaturi, ſanè præter vnam uirium partis tolerantiam, & ad opus promptitudinem, cum uacuandi humoris diſpoſitione, adhuc alterum ſummoperè deſideratur, nempè tunc temporis corpus uniuerſum ab omni iam humorum colluuie liberatum eſſe, per quam aliàs, ob mox tentaturam partis uacuationem, noua quaſi attrahenti occaſione aduentanti, nouus eiuſdem colluuiei in partem decubitus præſtò ſit, & morbus, aucta cauſa, recrudeſcat, in deteriuſque proficiſcatur. Sed ne per ſolam morbi declinationem hæc ſimul omnia adſint, ut per ſolam eam liceat coniunctã cauſam parti inhęrentem medicamentis demoliri; an præterea alijs quoque morbi temporibus liceat, examine dignum eſt. Attamen ueriſimile eſt, per declinationis tempus, ita uniuerſum ab omni colluuiei onere deoneratum, ut, ſi quæ pridem antecedentis cauſæ demoliendæ occa ſione peragenda fuiſſent, ex arte, ſuis temporibus, ſint bellè peracta. Inſuper autem ratum quoq; uideri debet, per id temporis, non aliàs, humorem cauſæ coniunctæ rationem habentem, concoquen tis facultatis ui, & inſiti caloris beneficio, ſufficien ter ita confectum, diſpoſitumque, ut ipſi demum expulſioni rectè obtemperaturus cenſeatur. An uerò per eandem declinationem, uirium partis tolerantia, eidemmet euacuationi, integrè, aut par-

tite,

titè, procurandæ (quocumque illa ingenio procuretur) congrua adſit, facilè eſt colligere. Per unam itaque præſentis morbi declinationem, uidetur maximè opportunum, cauſæ coniunctæ parti inhęrentis uacuationem aggredi. Verum, quod etiã ante declinationis tempus cogamur aliquãdo cauſæ ipſius coniunctæ demolitionem aggredi, uel ex eo potiſſimum, quod morbus, atque ſimptomata, ob cauſæ vitium urgeſcant ita, ut niſi uacuantibus ingenijs quam celerrimè occurramus, omninò ſummum parti diſcrimen impendat, utique quod tunc vacuatio ea coacta, & minimè ſecundum naturã fiat, illius ideo opportunitatis ratio alia, ac alia omninò eſt; etenim poſita uiriũ tolerantia, dum ea proficua magis, quã noxia ſit futura, ſi præſertim quod peccabat, per eam, ſi non tollatur omninò, minuatur ſaltem, ut natura dein melius valeat ſupra reſiduum; fit, ut quilibet opportunam eam, & in ipſo ſtatim morbi principio, & in augmento, ad ſtatum uſque, iure optimo opinetur. Et maximè cum humor, per ea tempora, fluxilis ſit, dum iam pridem attamen è corpore uniuerſo colluvies ita ſublatã ſit, ut nequaquam ultrò decubitus illius ex toto in partem ſequuturus ſuſpicetur. Cæterum, quo opere, & inſtrumento, ex iam propoſitis, id tunc rectè aggrediatur, tum ex ipſa humoris ſede, tum ex ui, & modo, quo per inſtrumentum proſequitur opus, apparet. Etenim, tunc vel ita humor in parte reſidet, ut inde ille patentibus uijs

ſit promptè medicamentis irritantibus, detergentibusvè, expurgaturus; vel potius iam partis ſubſtantiam ita ſubijt, altèque ei fixus hęreſcit, ut non niſi latenter, per digerentia, & attrahentia; aut manifeſtè, per Chirurgica continui diuiſionem facientia, foras educi ualeat. Si quidem primum, non dubitandum, quin ſedato omni antecedentis cauſæ decubitu, maximè commodum ſit, ad generosè cauſam coniunctam minuendam, medicamentis irritantibus, uel detergentibus, vti, quando ſi fluxilis in uijs ipſis humor ſtet, hæc tutò, & ſine graui partis detrimento, præſtent quod cupimus. Si autem ſecundum, quamquam digerentia, & attrahentia idem quoque præſtare apta ſint, quod ea nihilominus lentè nimis, & ſenſim agat, & ſuis qualitatibus, tunc attractionem quandam excitare, nouumque maiorem decubitum humoris in partem irritare apta ſunt; propterea nec uoto ſatisfaciunt, nec per ea tempora adminiſtranda ſunt. Reſtant Chirurgica continui ſolutionem facientia, de quibus ſic habeto. Vel adeo morbus, initio cauſæ coniunctæ, vrget, ut iam parti ſumma pernities præſtò ſit futura, atque tunc quàm primum fuerit conceſſum, nec partis excellens præſtantia obſtet, eadem pars immediatè, Chirurgicis inſtrumentis, aperienda, vt nempè ex ea, tamquàm ex fracto uaſe, abundè exeat quod lædit. Vel ſi huic partis præſtantia impedimento fuerit, aliudvè, utique tunc ijſdem inſtrumentis, ex

parte

parte alia proximiori non impedita, eatenus facienda euacuatio eſt, quatenus quod peccat, à parte læſa, quantò citius generoſè foras erumpat. Hac etenim ratione, imminenti partis detrimento ita prouiſum erit, vt dein ſi quid reliquum mali ex relicto humore ſeruati perſiſtet, ſine difficultate illud quàmptimum à natura ſit ſuperaturum.

OMNI QVIDEM SVBLATA CAVSA morbus deſinit, cum ſimptomatibus, interea tamen vigentibus his, qua arte, illis obuiam ſit eundum explicatur. CAP. XIIII.

QVA ergo arte morbi cauſa diſſipetur, ex his quæ hactenus dicta fuere, ſatis abundè colligi poteſt. Et quamquam non dubitandum quin ex quo, ut plurimum ob humorum peccato morbus contingat, cum ſimptomate, adeo quod peccato ipſo ſublato, morbum unà cum ſimptomate deſinere neceſſe ſit, illius ſcilicet proxima deſinente cauſa; non rarò tamen quoniam morbus interea vnà cum ſimptomatibus ſæpiſſimè uigeat, ut difficilè ſit cauſæ ipſius demolitionem longius fortaſsè protractam expectare. Idcirco tunc, hoc eſt dum huiuſmodi depopulatur cauſa, neceſſe eſt morbum, requiſitis medicamētis, ad omnem eius demolitionem, aggreſſum inſequi vltrò oportere. Verumtamen id nequaquam temerè exequendū, præſertim ſi opus demolitioni cauſæ plurimum ſit

aduerſum; tunc quippe morbus, licet quadante-nus leniatur, curatio tamen eius perfecta, & propria palam difficilior fit, & omniquaque etiam ſepè intercipitur. Quamobrem diligenti incumbendum eo temporis cura eſt, vt morbus quidem propellatur, quam fieri tamen minus poſſit cauſæ demolitione non impedita. Quo itaque pactò ille, hoc eſt qualibus artis ingenijs, quantis, & qua opportunitate adminiſtratis, inſequatur facilè vniuerſim indicatur; etenim ex morbi ſpecie, qualitas ipſa patet. Verum eſt enim morbos alios eſſe ſimilares, & alios diſſimilares; eoſque inſuper omnes ſuo tantum dirimi contrario. Quamobrem ſimilares, qui ſolius temperiei ſunt, vna alterantium remediorum ope, ad naturale temperamētum vſque dirimentur. Diſſimilares autem, quoniam varij, alij quippe ſint in figura, alij in quantitate, alij in numero, alij in ſitu, vt alibi dictum eſt, quilibet ex his meritò indicat in contrarium verti, vſq; quo tandem pars leſa integritati ſuæ reſtituatur, ad quod præſtandum, non vnum, ſed multiplex requiritur medicamentum, quod poſt vnum regimen victus deſideratum (hoc enim ſolo plerumque indicationi ſatisfit) aut pharmaceuticum, aut chirurgicum eſt, etſi quale ex his illud ſpeciatim conueniat, non niſi ſpeciatim, dato morbo, agnoſcatur; quoniam quodlibet nuſquam cuilibet fit contrarium, ſed certum duntaxat, & determinatum, ſiue per ſe, atque directè, ſiue indirectè, & ac-

euidenter illud tale ſit. Quantum pręterea ad reme dij quantitatem pertinet, nulli dubium quin diſ-ſeſſu partis ſolum a priſtino naturali ſtatu rectè prę cognito, proportionatam remedij indicati menſu ram decernere liceat. Vtrum autem illam ſimul totam, integramque miniſtrare, an maiùs pedeten tim per partes, oporteat; profectò virtutis ferentis robur euidenter oſtendit; quod quidem robur aliud in vniuerſo, aliud in parte, vt alibi diximus, eſſe cõſueuit, quam ob rem ex vniuerſis medicinę regulis, cuicumque morbo, quālibet corporis partem occupanti, proportionatum iudicabitur medi camentum. Attamen vt ad votum ſuccedat opus, opportunè ſemper miniſtranda ſunt omnia, hoc eſt non intempeſtiuè, nec pręter ordinem, ſed ſuo ſemper tempore, ſuoque loco. Ordo verò, & tempus hoc, ex morbi tempore non deſumendũ, quan do morbi tempus, cauſæ demoliendæ potius, quã morbi, negotium faceſſere videatur; atqui morbus ex ſe à principio in finem vſque ſemper omnimodam ſui deſtructionem autumet. Deſumetur autem ex operum, inſtrumentorumq; ad mor bi deſtructionem indicatorum conditione, & neceſſitate, ſiquidem plerunque eueniat, morbum, non vno, eoque ſimplici, tum opere, tum inſtrumento, deſtrui poſſe, ſed multiplici, eoque vario, quorum puta vnum, licet intenti finis potiſſimus author cenſeatur, ideoq; primo tentandum videatur, alterum nihilominus de neceſſitate præcedit,

quod

quod ſine eo illud perperam adhibeatur; itaq; ex horum conditione neceſſitateq; prȩcognita, agendorum omnium ordinis, atque temporis, opportunitas colligetur, atque demum appoſitè diſſipabitur morbus, & pars præter naturam afflicta priſtinam integritatem aquiret.

De ſimptomatum curatione pauca generatim veniunt aduertenda, puta quod ſimptomata ad inſtar eorum ſint, quæ ex ſuis ita cauſis fiunt, conſeruaturq; vt his penitus recedentibus, ipſa quoq; deſinere ſtatim, ceſſareque neceſſe ſit. Etenim ſimptomata, morbos, eorumque cauſas, ſiue quod ex his originem habet, inſequutur, vt palam vmbra ſequitur ipſum corpus. Quamobrem neceſſe eſt vnà cum his, eodem tum opere, tum inſtrumento, illa deſinere. Cum itaque de morborum, cauſarumque curatione hactenus loquuti ſimus vberrimè, nihil profectò videretur ſupereſſe amplius, quod ad ſimptomatum curationem pertineat, verumtamen cum ex his quędam moleſta adeo contingant, adeoque viribus ægrotantis, & perinde vitæ eiuſdem infenſa ſint, quod non ſinant cauſarum, morbivè, expectari curationem, quæ ſępè numero tardius eſt ventura, tunc meritò, vt ęgrum ab intolerabili moleſtia vindicemus, & ab impendēti ſæpè periculo liberemus, poſthabito morbo, cum cauſis ipſius, ad ſimptomata reſpicere cogimur; & porrò lenitione quadam potius, quam curatione, quod curatio, radicalis quædam ſimptomatum de

ſtructio

ſtructio ſit, quæ per omnimodam cauſæ demolitionem ſolam fit, lenitio verò, lenis quædam eorumdem blanditio ſit, quę adhuc vigente cauſa accidit ſimptomati. Fit autem lenitio hæc operibus, & inſtrumentis, certa tum qualitate, tùm quantitate, tum opportunitate adminiſtratis. Sanè qualitas ſimptomati contraria eſſe debet, vt ſi fuerit ſimptoma actionum, puta naturalium diminutarum, vel expulſionis, vel retentionis, aut alterius, tunc remedium, vel expulſionem augebit, ſi opus ſit, vel retentionem fortiorem efficiet; ueluti cum actionum animalium diminutarum ſimptoma adſit, vt ſomni, vigiliarumvè, tunc neceſſario ſomnus, remedijs opportunis, augendus, & vigiliæ excitandæ ſunt, qua verò contrarietate id remedia præſtent, vtique generatim hic exprimi impoſſibile eſt, poſteaquam nunquam directa illa ſit, & immediata, ſed indirecta omnino, mediataq; , quod ſcilicet perſe nunquam, ſed per accidens ſemper, finem intentum conſequantur. Vtcumque tamen res ipſa ſe habeat, certum eſt accuratè incumbendum, vt operum omnium, inſtrumentorumque, leniendis ſimptomatibus, deſeruientiũ quantitas neceſſitati adamuſsim reſpondeat, quoniam ſi horum vis infra ſubſiſtat, credibile eſt finem intentum minimè aſſequendum; contra, ſi vltro quam par ſit modum ſuperet, non dubitandum, quin ſemper ægro noxam maximam inferat, aut enim rectè curationi infertur vis, aut aliud omninò ſim-

nō ſimptoma, quod huic præſenti fuerit aduerſum, neceſſariò expectandum eſt. Quam ob rem tum operum, tum inſtrumentorū proportio; quæ ipſi neceſsitati congruat, accuratè procuranda. Cęterum, ne illa toleretur à viribus inſimul diligenter perpendendum, quando viribus ipſis non ferentibus fruſtra medicina fatiget; Immò ſi præter has aliquid tentetur, illud in ægri pernitiem euidenter molietur. Tolerantia autem uirium, ſiue totius, ſiue partium fuerit, quanta nam æſtimanda ſit, iam à nobis alias generatim indicatum eſt, quamquam ſpeciatim adhuc aliud expetitur illius examen, ſine quo, determinatam ſimptomatis curationem aggredi, ob certas uniuſcuiuſque ægri proprietates, difficillimum eſt. Quod ſi ob hanc, uel alias cauſas, ſufficiens proportio ipſa ſimul tota non feratur a uiribus, iam ratum, ſirmumque eſt, licere ſenſim eam pluribus repetitis uicibus miniſtrare, quæ in ſemel, & integrè, nō eſt permiſſum, præſertim quod paulatim, etſi ſenſibiliter, pluries tamen, & continuatè, repetita, ſemper æquè reſpondeant, ſimul, & ſemel, integrè perpetratis; ſiquidem quod ſit, pro re naturali ſiat, aduerſus rem præter naturam, ut alibi lōgius demonſtratum eſt. Opportunè dein facienda omnia ſunt, ut ad uotum res ipſa ſuccedat. Sed opportunitatis occaſio ex ſimptomatis urgentia pendet, quippe morbo ſæpè ſeuius ſimptoma ſit, ut ideo morbi curatione poſthabita, ſimptomatis lenitionem

nem aggredi ſit operepretium, quod quando contingat, tunc opportunè factum omninò cenſendum. Verum enimuerò ſimptomatis urgentia, ex leſę functionis, facultatisuè offenſæ dignitatę colligitur. Etenim, ſimptoma quod facultatem, hoc eſt uim uniuerſum gubernantem, proſternit, & frangit, ut cuius conſeruandę gratia, curatio omnis inſtituta eſt, ita illud omnium pernitioſiſſimum eſt. Ipſum autem ſequitur, quod magnum quidem eſt, & ægrum valde fatigat, ſed citra præſtantis functionis, aut uirium iacturam, afficit. Ex his ergo quandocunq; inter curandum preſto ſit, quod vires nimiopere conuellat, aut etiam valde proſternat, illi neceſſario, & diligenter prę omnibus occurendum, morbo ipſo interdum prætermiſſo; quamquam enim ſublato morbo, cauſavè eius, protinus vaneſcit ſimptoma, quod vltro nuſquam ſubſiſtat in corpore, tamen vigente adhuc morbo, ſi nimium graue, infenſumque ſimptoma ſit, nè violentia, aut pernitie, iugulet, leniendum protinus, rectaque curandi methodus iure inuertenda; ea licet quamdiu robori fidimus obſeruanda ſit, nec contra artis preſcriptum in ægrotantis gratiam uni uacandum ſimptomati, ut contra, ſi iam uires cadant, illico, ut diximus, occurrendum, tantiſper omiſſo morbo, & cauſa, quia ſcilicet omni ratione uires fulciendæ, reficiendæque, ut illę morbo obſiſtere, totouè curationis ſpatio ſatis eſſe poſsint. Etiamſi ſemper ſic temperanda omnia

ſint,

ſint, ut neque laborans, malorum ſcuitia, crudelius torqueatur, neque delicata, molliqúe medicina, quę conſanuiſſe uidebantur, recrudeſcant; cuius porrò rei certior erit euentus, quando pręſidijs ijs ſimptoma mitius fiat, quibus, & morbus eſſe deſinat, quod ſanè expetendum, optabileque eſt, quia tunc eodem opere, & inſtrumento, utrique ſimul medeamur. Atque iam de morbis, ſimptomatibuſque curandis, deque tota affectuum, pręter naturam humani corporis medicina, quatenus uniuerſim methodo tradi, exprimiuè poteſt, hæc dicta ſint ſatis.

FINIS.

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ERRATA PRÆCIPVA, QVÆ obſeruare licuit, ſic corrigito.

Facie 4. linea 25. profligendos, profligandos, 10. 16. natura ſubiecta, materia ſubiecta, 14. 21. vniuerſum, vniuerſim, 15. 28. conſeraanti, conſeruanti, 24.7. duobus, duabus, 27. 19. peraccidenter, peraccidens, 29. 20. ceſſantque, ceſſentque, 35. 2. ipſum, ipſumque, 35. 7. quo, quod, 37.6. comprehendendi, comprehendi, 39. 17. eget, æger, 41. 7. genus difficile, genus indicantes difficile, 26. ſiat, fiat, 43. 25. hoc ſimptoma, hoc eſt ſimptoma, 44. 7. diſcuſſu, diſcurſu, 45. 1. adeoque, adeo quod, 46. 29. agnoſcet, agnoſcet Medicus, 48. 4. cauſa remota, cauſa ergo remota, 29. eorundem, earundem, 49. 26. temperantes, temperanter, 52. 21. quia, qui, 60. 3. habet qui nec per ſe occidit, nec ſanatur vnquam, 3. terminaturus; Hoc porrò ſpecies morbi docet, 9. perducet; Hoc autem morbi ipſius mos facile indicabit, 61. 22. notioribus, notionibus, 93. 28. quod, quid, 100. 19. perfectius, perfectiuas, 22. agere, egere, 102. 6. excernatur, exerceatur, 122. 7. ſit, fit, 125. 22. uriuæ, urinæ, 129. 11. derelinquant, derelinquat, 145. 8. comparcat, compareat, 153. 29. perfectius, perfectiuis, 157. 5. expectatur, expetatur, 159. 18. vti, vtique, 169. 17. triplex, quadruplex, 18. diminutus, atque, diminutus, auctus, atque, 19. diminuto, diminuto, & aucto, 20. verò non, verò & auctus non, 187. 4. ſecundum, ſecundam, 195. 3. exieur, excitetur, 200. 12. illæ, ille, 201. 5. adminiſtrantes, adminiſtrantibus, 207. 12. moribusque, morbusque, 209. 21. pro, præ, 211. 1. exercitatis, exercitatio, 212. 8. ſuper, per, 29. animum, animi, nimij, nimij, 213. 23. &, ſed, 214. 3. ſit, fit, 5. ſit, fit, 7. ſit, fit, 217. 27. diſſipaturus, diſſipaturis, 223. 12. toto, tuto, 224. 6. alteratione, alteratio, ſuperante, ſuperans, 224. 22. ſed horum utrouis, ſed quatenus horũ vtriuſuis, 225. 13. omne, omnem, 227. 20. ille, illa, 229. 7. toti, toto, 230. 20. ſiunt, fiunt, 233. 3. ex his, & his, 26. reſeruationem, reſerationem, 236. 18. illa, ille, 249. 20. robore, robori, 257. 17. ex præſertim, & præſertim, 261. 23. foueret, faueret, 266. 9. eouſque, eoſque, 278. 15. repentini, repentim, 19. facturum, factura, 284. 28. ue.ò, uerò, 287. 3. ubique, ubique, 288. 16. motu, motum, 27. præcationibus, præcautionibus, 291. 11. ſonte, fonte, 13. ipſorum, ipſarum, 292. 6. quonam, quoniam, 298. 6. qnali, qualis, ~~300. 24. illud cum leuamine, 29. tolerantem, leuamine~~ 304. 17. pernouiſſe, prænouiſſe, 305. 4. euacuatam, euacuandam, 310. 16. fruentium, fouentium, 23. mochi, morbi, 314. 25. potentiam, potentia, ~~315. 6. augere, augeri~~, 15. ipſo, ipſi, 319. 10. quorum, quorſum, 326. 5. proporttionata, proportionata, 328. 7. &, ex, 334. 18. atteuuant, attenuant, 335. 5. eorudemm, eorumdem.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

REGISTRVM.

a, b, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Omnes ſunt quaterniones, præter a, quod eſt duernio, & b, & X, ſimplicia foliola.



VENETIIS, M.DC.V.

Apud Io. Baptiſtam Pulcianum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

Digitized by Google